2-8042

GRAMMATICÆ ARMENÆ LIBRI QVATTVOR

AVCTORE

FRANCISCO RIVOLA

CANONICO

in Eccleſia Sancti Thomæ

MEDIOLANI.

26826

MEDIOLANI,

EX TYPOGRAPHIA COLLEGII AMBROSIANI.

Anno M. DC. XXIV.

1624. Die 6. Nouembris.

Imprimatur

Fr. Franciſcus Carenus Lector Theol. Vicarius Sanctæ Inquiſitionis Mediolani.

Fr. Aloyſius Bariola Auguſtinianus Conſultor S.Offitij pro Illuſtriſs.D. Cardinali Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

ILLVSTRISSIMO,
ET
REVERENDISSIMO
D. D.
FEDERICO
CARDINALI BORROMÆO
Mediol. Archiep.

Franciſcus Riuola Canonicus Mediol.
Felicitatem P.

I*VSSV olim tuo, Auſpicijſque tuis, Cardinalis Ampliſſime, Litteratorumque verè Princeps, prodijt in hanc lucem* DICTIONARIVM ARMENO-LATINVM; *in cuius editione promittebam ego Lingua-*

rum ſtudioſis Grammatica præcepta, quibus ipſi ad eiuſdem Linguæ ſtudium faciliorem ſibi viam, certioremque pararent. Nunc exoluo promiſſa, fructumque offero tibi laborum meorum. Sique laudis aliquid ineſt, et induſtriæ, id ipſum fateor, non aliunde, quàm à te vno ſuum initium, et incrementa omnia deſumpſiſſe. Habes igitur vtrumque Opus; et in vtroque Opere nihil eſt, quod admireris, præter illud fortaſſe vnum, quod tua munificentiſſima manu excultum tuum hoc natale ſolum, tales iam proferre cœpit fructus, quales ipſamet Armeniorum tellus profert. Diù Eccleſiæ noſtræ Mediolanenſi, Litterariæque Reipblicæ ſeruet te incolumem Deus. Mediolani. Kal. Decembris M. DC. XXIV.

INDEX CAPITVM,

QVÆ

IN HOC VOLVMINE

CONTINENTVR.

Libro Primo.

De Numero, Figura, Nomine, ac Valore Armenarum Litterarum Cap. I. fol. 1

De varia Characterum Armenorum forma. Cap. II. 4

De Litteris ու, alijſq. notis ſeruientibus litterarum loco Cap. III. 7

De prolatione, & ſono Armenarum Litterarum Cap. IV. 12

De ijs Litteris, quę magnam inter ſe habent affinitatem Cap. V. 13

De ijs Litteris, quæ inuicem interdum permutantur Cap. VI. 14

De conuenientia Armenarum Litterarum cum Latinis Cap. VII. 17

De diuiſione Litterarum Armenarum in Vocales,

ſes, Semiuocales, & Conſonantes Cap. VIII. 20
De Litteris Seruilibus Cap. IX. 25
De Litteris Affixis Cap. X. 27
De Litteris Quieſcentibus Cap. XI. 32
De Diphthongis Armenicis Cap. XII. 35
De modo ſcribendi Armeniorum Cap. XIII. 36
De combinatione Vocalium cum Conſonantibus Cap. XIV. 37
De Notis Numerorum Cap. XV. 40

Libro Secundo.

De ijs quæ accidunt Nomini: ac primo De Genere Nominum Cap. I. 41
De Caſibus Nominum Cap. II. 43
De Numeris Nominum Cap. III. 53
De Eliſione Vocalium Cap. IV. 55
De Mutatione Vocalium Cap. V. 60
De Mutatione Conſonantium Cap. VI. 63
Quot ſint Declinationum genera, & ſpecies: & vnde ſumenda ſit generica, ſpecificave ipſarum diſtinctio Cap VII. 64
De prima Declinatione, eiuſque Speciebus Cap. VIII. 66
De Secunda Declinatione, eiuſque Speciebus Cap. IX. 72
De Tertia Declinatione, eiuſque Speciebus Cap. X. 78
De Nominibus Heteroclitis Cap. XI. 86
De Pronominibus Cap. XII. 95
De Nominibus Participialibus Cap. XIII. 139

Libro

Libro Tertio.

De ijs, quæ accidunt Verbo Cap. I. 143
De modo coniugandi Armeniorum Cap. II. 148
Vnde nam ſumenda ſit Generica, Specificave Coniugationum diſtinctio Cap. III. 149
Quot ſunt Coniugationum ordines Cap. IV. 150
De primo Verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. V. 152
De Verbis Anomalis primæ Coniugationis Cap. VI. 165
De ſecundo Verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. VII. 183
Coniugatio Verbi ſubſtantiui եմ, եւ է 185
De Verbis Anomalis ſecundæ Coniugationis Cap. VIII. 201
De tertio Verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. IX. 217
De Verbis Anomalis tertiæ Coniugationis Cap. X. 230
De quarto verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. XI. 250

Libro Quarto.

De nonnullis dictionum Armenarum terminationibus Cap. I. 263
De Concordantijs nominis cum nomine, & nominis cum Verbo Cap. II. 271
De ſubſtitutione nominis ſubſtantiui pro adiectiuo Cap. III. 274

Quo-

4

Quomodo formentur nomina Priuatiua Cap. IV. fol. 257
Qua ratione fiant Comparatiua, & Superlatiua Cap. V. 281
De Syllabis Seruilibus Cap. VI. 279
De terminatione nominum Denominatiuorum Cap. VII. 281
De Formatione nominum Gentis, & Patriæ Cap. VIII. 282
De futuris Participialibus Cap. IX. 283
De varijs Aduerbiorum formis Cap. X. 285
Obſeruationes aliquot ad verba pertinentes Cap. XI. 286
De Abbreuiaturis Armeniorum Cap. XII. 290
Exercitamenta linguæ Cap. XIII. 293

GRAMMATICÆ ARMENÆ LIBER PRIMVS.

AVCTORE FRANCISCO RIVOLA.

De Numero, Figura, Nomine, ac Valore Armenarum Litterarum.

CAPVT I.

AGGREDIENTI mihi nunc primùm Grammatica præcepta in Armenicam Linguam, quæ nullorum adhuc ſtudio exculta fuit, viſum eſt maxime conſentaneum ab

ipſiſmet primis eiuſdem Linguæ Elementis exordium ducere. Sunt enim illa totius Operis fundamentum; debetque priùs Elementares litteras apprime dignoſcere quicumque vult Grammaticæ præceptis erudiri.

Armenorum igitur litteræ, quæ ab ipſis vniuerſali nomine գիր, Chir nuncupantur, triginta & octo numero ſunt; quarum figuram, nomen, & valorem ſequens tabella indicabit.

FIGVRA	NOMEN		VALOR
ա	այբ	Ayp	A
բ	բեն	Pien	P
գ	գիմ	Chiem	Ch
դ	դայ	Ta	T
ե	եչ	Ieg	Ie
զ	զայ	Sſa	Sſ
է	է	E	E
ը	ըթ	Iet	Ie
թ	թօ	Tho	Th
ժ	ժէ	Sgie	Sg

FIGVRA	NOMEN		VALOR
ի	ինի	Ini	I
լ	լիւն	Liun	L
խ	խէ	Hhe	Hh
ծ	ծայ	Za	Z
կ	կէն	Ghien	Gh
հ	հօ	Hò	H
ձ	ձայ	Zza	Zz
ղ	ղատ	Kat	K
ճ	ճէ	Ge	G
մ	մէն	Mien	M
յ	յի	I	I
ն	նու	Nu	N
շ	շայ	Scia	Sc
ո	ոյ	Vua	V
չ	չայ	Ccià	Cc
պ	պէ	Be	B
ջ	ջէ	Gge	Gg
ռ	ռայ	Rra	Rr
ս	սէ	Se	S
վ	վէվ	Vieu	V
տ	տիւն	Diun	D
ր	երէ	Ere	R

FIGVRA	NOMEN		VALOR
ց	ցօ	Zzo	Zz
ւ	հիւն	Hiun	V
փ	փիւր	Ppiur	Pp
ք	քէ	Che	Ch
և	եւ	Ieu	Eu
ֆ	ֆէ	Fe	F

De varia characterum Armenorum forma.

CAPVT II.

TRIPLICI gaudent Armeni Characterum forma; quorum prima vocatur բոլորգիր Poluerchir, Orbicularis nempe littera, ſeu rotunda, cuius figura deſcripta iam eſt in præcedenti tabula. Secunda dicitur նոտրգիր Noderchir, ideſt, Notariorum littera, quo nomine Expeditiores litteræ intelliguntur, quas Currentes vocant. Tertia demum, & vltima appellatur երկաթագիր Erghathachir, Ferrea ſcili-

cet

cet littera, per quam deſignantur Maiuſculæ litteræ, quæ ferri inſtar durant magis, difficiliùſquè obliterantur.

Quoniam verò maiuſculę litterę apponi conſueuernnt in principijs Capitum, ſeu Scripturarum, vocantur propterea alio nomine գլխագիր Chelhhachir, ideſt capitalis littera. Rurſus eędem quia delineantur interdum vario florum apparatu, appellantur etiam Ծաղկագիր Zakghachir, florens nimirum littera. Quin etiam vocantur interdum գազանագիր Chaſſanachir, ideſt belluina littera, quia nimirum ſub varijs belluarum, & volatilium figuris repræſentantur.

Diſtinctis hac ratione Characterum Armenorum formis, proponenda nunc ſunt exemplaria litterarum Maiuſcularum, & expeditiorum, quandoquidem rotundarum, ſeu orbiculatium figura deſcripta iam fuit in ſuperiori Capite.

Litte-

Litterę Maiuſculæ, & expeditiores.

FIGVRA	NOMEN	FIGVRA	NOMEN
Ա ա	Ayp	Մ մ	Mièn
Բ բ	Pièn	Յ յ	I
Գ գ	Chièm	Ն ն	Nu
Դ դ	Ta	Շ շ	Scià
Ե ե	Ieg	Ո ո	Vva
Զ զ	Sſa	Չ չ	Ccià
Է է	E	Պ պ	Bè
Ը ը	Iet	Ջ ջ	Ggè
Թ թ	Tho	Ռ ռ	Rra
Ժ ժ	Sgiè	Ս ս	Sè
Ի ի	Inì	Վ վ	Vieu
Լ լ	Liùn	Տ տ	Diùn
Խ խ	Hhè	Ր ր	Erè
Ծ ծ	Za	Ց ց	Zzò
Կ կ	Ghièn	Ւ ւ	Hiùn
Հ հ	Hò	Փ փ	Ppiùr
Ձ ձ	Zza	Ք ք	Che
Ղ ղ	Kat	Օ օ	Ieu
Ճ ճ	Gè	Ֆ ֆ	Fe

De

De Litteris ու, alijſque notis ſeruientibus litterarum loco, ſeu dictionum.

CAPVT III.

PRÆTER has triginta & octo Litteras, in quarum deſcriptione hactenus verſati ſumus, reperiuntur paſsim in libris impreſsis, vel etiam manu exaratis notæ aliquæ, quarum cognitio valde neceſſaria eſt huius Linguæ ſtudioſis, nè in eas incidentes hæreant diutiùs, tamquam inter ſcopulos.

Ac primò omnium offerunt ſe ſe nobis litteræ ու inuicem copulatæ, quæ litteræ modò ſubeunt vices vocalis reſpondentis noſtræ vocali O, qua carent Armeni, ſicutì dicetur cùm de Vocalibus: modò verò habent vim dictionis Au. Adinuenerunt propterea Scriptores notas quaſdam, quę ſuperpoſitæ duabus hiſce litteris, admonent, & docent lectorem, quando nam per

O, pro-

O pronunciandæ illæ ſint, quandonam verò per Au: Si enim illis ſuperaddatur paruum o, hoc modo աւ̊: vel duo puncta hac ratione աւ̈, ſonant O; ſonant verò Au, ſi ſuperaddatur hęc alia nota ՜, in hunc modum աւ՜.

Verùm quia hæ notę non ſuperadduntur ſemper, ſed omittuntur vt plurimùm; proponam hoc loco regulas aliquas, ex quarum obſeruatione ſcire per ſe quilibet poterit, quando fungantur officio vocalis O, quando verò dictionis Au.

Funguntur itaque officio dictionis Au, & per Au pronunciantur, quotieſcumque poſt illas ſequitur littera vocalis: exempla ſunt հաւատ Fides: խաւար Tenebræ: թագաւոր Rex; մեղաւոր Peccator: quorum prolatio erit, Hauad, Hhauar, Tacauuer, Mekauuer.

Eodem modo proferendæ ſunt, quotieſcumque contingunt in fine dictionis: Clarum id fit in his dictionibus, լաւ Bonus, ծարաւ Sitis: նստաւ Sedit: բարկացաւ

Iratus

Iratus eſt; proferuntur enim in hunc modum, Lau, Zarau, Neſdau, Parghazzau. Quòd ſi comperiantur interdum in fine huiuſmodi dictionum litteræ ն, ս, ք, aliævè quælibet, quæ non ſint de eſſentia dictionis, ſed ſint affixæ, pronunciandæ vtique erunt dictiones illæ per Au, proinde ſi affixæ illę litterę non adeſſent; In his enim exempli gratia dictionibus, ցաւն Dolor, նաւն Nauis, լաւն Bonus, leges Zzàuen, Nàuen, Làuen, non verò Zzon, Non, Lon; Similiter in his alijs ցաւք Dolores, սակաւք Pauci, dices Zzauch, Saghauch, non verò Zzoch, Saghoch. Aduertendumq; eſt, haſce litteras աւ, quotieſcumque pronunciantur per Au, proferri in modum ſyllabæ vnius, non verò diſiunctim, per modum duarum ſyllabarum.

Funguntur autem officio vocalis O, & per O pronunciantur hæ litteræ աւ, quotieſcumque poſt illas ſequitur littera conſonans, quæ re ipſa non ſit affixa, ſed ſit radicalis, & de eſſentia dictionis. Conſtat in his exemplis, հաւր Patris, մաւր Matris,

եղբաւր Fratris, աւծեալ Vnctus, աւրհնեալ Benedictus; quorum germana prolatio eſt Hor, Mor, Ekpor, Ozial, Orhnial.

Excipiuntur tamen pauca aliqua, quæ poſtpoſita etiam hiſce litteris conſonante pronunciantur per Au, vt աղաւնի Columba, թաւթի Dauidis, in quibus legitur Akauni, Thauthi, non uerò Akoni, Thothi: Sicuti è contra extant etiam nonnullæ aliæ dictiones, in quibus, ſequente etiam alia uocali littera, pronunciantur per O, ut in hoc nomine Նաւէ Noemus, legitur ſiquidem Noè, non uerò Nauè.

Offert ſe nobis ſecundo loco nota, o, ſimilis in figura uocali O Latinorum, quam notam Theſeus Ambroſius inter Elementares litteras enumerat, conſtituitque propterea Armenorum litteras numero triginta nouem. Cæterùm illa, licet diſcrepet figura à litteris աւ, de quibus nunc ſermo fuit, valore tamen, & uirtute nihil diſcrepat ab ijſdem; poteſtque quælibet earum pro alia ſubſtitui, prout magis Scriptori libitum

fuerit;

fuerit; Atque ideò ſi ipſam ſubſequatur lit-tera uocalis, ualebit Au; ſi uerò ſubſequatur littera conſonans, ualebit O latinum, prout dictum eſt de litteris աւ.

Reperitur tertiò nonnumquam inter legendum Ayp obuerſum cum lineola quadam ſuperpoſita hac ratione ա, qua nota ſciendum eſt ſuppleri uices nominis ամե-նայն Omnis.

Quòd ſi comperias aliquando huiuſmodi notam , ſcito per eam repręſentari nomen աշխարհն Mundus, Orbis.

De Prolatione, & ſono Armenarum Litterarum.

CAPVT IV.

DIFFICILE nimis, & arduum molirer opus, ſi veram, & perfectam Armenarum Litterarum prolationem, & ſonum in ſtudioſorum animis imprimere conarer. Sunt enim multæ earum, quæ cùm noſtris litteris exprimi nullo modo poſſint, & explicari, viuam potius Præceptoris vocem requirunt, quàm diligens, & accuratum Scriptoris ſtudium. Lubens igitur prætermittam tractationem hanc eo conſilio, nè dum exemplis, ac regulis illuſtrare id ipſum contendero, obſcuritatem potius in aliquorum animis pariam maiorem; idque vnum admonebo Lectorem, litteram խ, pronunciandam eſſe in gutture, proinde ac ח Hebræorum; litteram vero ղ in gutture ſimiliter ad imitationem Arabum proferri debere.

De ijs litteris, quæ magnam inter ſe habent ſimilitudinem.

CAPVT V.

PRopter maximam nonnullarum litterarum inter ſe ſimilitudinem, & affinitatem, poſſet aliquis nouus adhuc in hac Lingua, & peregrinus, earum aliquam pro alia legendo pronunciare. Quod ne contingat; proponam hoc loco Tabellam, in qua eiuſmodi litteræ vna ex oppoſito alterius deſcribentur; qua inſpecta diligentiùs, nec titubabit legendo ſtudioſus, nec titubando turpiter prolabetur. Ea autem eſt huiuſmodi.



De ijs litteris, quæ inuicem interdum permutantur.

CAPVT VI.

QVONIAM ſonus, & valor quarumdam litterarum vel idem eſt cum ſono & valore aliarum, ſicuti demonſtratum eſt Capite primo, vel illi ſaltem valdè ſimilis; accidit propterea ſæpiſſimè, vt earum vna ſubſtituatur pro altera, alteraquè alterius occupet locum. Adducam autem in preſentia aliquas earum, quæ poterunt exempli loco deſeruire.

Litteræ *աւ* ponuntur ſæpenumero pro uocali *ո*, & è contra; qua ratione dicuntur *բաւլոր* & *բոլոր* Rotundus: *խաւրհիլ* & *խորհիլ* Meditari: *գլաւխ* & *գլուխ* Caput, & his ſimilia.

բ pro *պ*, & è contra; leges enim aliquando *ամբ* Nubes, cum *բ*, vt pſ. 76. 15; aliquando verò reperies *ամպ* cum *պ*, vt pſal. 77. 15: ſimiliter inuenies *ըմբել*, &

ըմպել

ըմպել Bibere, variatis in inuicem բ, & պ, vt pſal. 35. 9. & 49. 13.

դ pro բ, & è contra; vt cum dicitur մա-դեաց Ouium, pſ. 64. 15: quod idem alibi legitur cum բ, մաբեաց, pſ. nempe 103. u. 6.

ղ pro ռ, & è contra; exempla ſunt, ըն-ղրել, & ընռրել Seligere, quorum primum legitur pſ. 88. 17; ſecundum verò pſ. 104. 25. : pſalmo etiam 82. 14. leges nomen անտառ Silua, cum ռ; pſ. autem 95. u. 11. idem nomen reperies cum ղ, hoc modo, անտաղ.

զ pro ս, & è contra: pſ. enim 34. 12, & pſ. 64. 7. leges verbum զգենուլ, quod eſt Indui, veſtiri, cum littera զ; pſal. verò 92. 1, & 103. 2. idem verbum leges cum littera ս hoc pacto, սգենուլ. Eandem litterarum varietatem obſeruare licet pſal. 44. 10. vbi nomen զգեստ Veſtimentum, reperies cum զ; cùm alibi pſ. 103. 6. reperiatur cum littera ս, hac ratione, սգեստ.

կ pro գ, & è contra; Exempla habes in

pſalmis; præſertim pſ. 61. 10, vbi ցանկալ, quod eſt Concupiſcere, legitur cum կ; cùm pſal. 83. 1. legatur cum գ, hóc modo, ցանգալ: Eadem ratione leges paſſim խունկ, & խունգ Incenſum; ժառանկ, & ժառանգ Hæres, & ſimilia multa.

ձ pro ց, & è contra: Exempli gratia, pſ. 16. 3. reperies փորցել Probare, Tentare cum ց; quod idem verbum pſal. 77. 19. reperies cum ձ, in hunc modum փորձել: quæ varietas frequentiſſima eſt in alijs etiam dictionibus.

Atque hęc dicta ſint de mutua litterarum inter ſe permutatione; ex quibus is fructus extabit, vt ſi quando in eiuſmodi dictiones inciderit aliquis, non ſtatim deſpondeat ille animo, deſperetque dę aſſequenda Armenici ſtyli cognitione.

De

De Conuenientia Armenarum Litterarum cum Latinis.

CAPVT VII.

LICET ſuperuacanea fortaſſe videri poſſet alicui hæc Tractatio, propterea quòd Capite primo expreſſus iam fuerit litterarum omnium valor, & ſonus; ſciendum tamen eſt illi, aliud eſſe inueſtigare valorem, & ſonum litterarum, prout legendæ, & pronunciandę illę ſunt; aliud perquirere, & indagare, quibus potiſſimùm Latinis litteris quælibet earum reſpondeat. Littera enim բ exempli gratia, habet valorem, & ſonum litteræ P, quia dicimus Pièn, non Bièn; re autem ipſa reſpondet noſtro B. E contra, littera պ habet valorem, & ſonum litteræ B, legimus ſiquidem Be, non Pe, ceterùm repræſentat noſtrum P. Similiter littera դ ſonat T noſtrum, & legendo profertur Ta, non Da; verùm refert litteram D. Rurſus littera տ ſonat D Latinorum; pronuncia-

tur namque Diùn, non Tiùn; atquì repræſentat noſtrum T, ſicuti planiùs conſtabit ex ijs, quæ mox dicentur, quæque ſuis exemplis dilucidabuntur.

Quoniam autem in perquirenda, inueſtigandaq; huiuſcemodi Conuenientia Armenarum litterarum cum Latinis, comparandiſque vtriſque alterutrùm, extant Lucubrationes ampliſſimæ Theſei Ambroſij, qui in ſua Introductione in Armenam linguam, id vnum ſpectaſſe videtur, vt oſtenderet, quænam Armenorum litteræ conuenirent cum Latinis, illisque reſponderent, quæ ve non; attingam ego breuiter quaſdam tantummodo ipſarum, quę plus difficultatis habere videntur, quibus obſeruatis, facilis erit ratio conuertendi Armena in Latinam linguam, Latinaque in Armenam. Eæ autem ſunt բ, գ, դ, զ, թ, կ, ղ, ջ, պ, տ, փ, ք, quæ ordine reſpondent hiſce noſtris, B, G, D, Z, Th, C, L, S, P, T Ph, Ch. Pro prima harum litterarum exempla erunt բաբելոն Babylon, բարդողիմէոս Bartholo-

tholomęus: pro ſecunda գաբրիէլ Gabriel, գրիգորիոս Gregorius: pro tertia դանիէլ Daniel, դաթան Dathan: pro quarta զաքարիայ Zacharias, զաւրաւբաբէլ Zorobabel: pro quinta թադէոս Thadęus, թովմաս Thomas: pro ſexta կիլիկեայ Cilicia, կային Cain: pro ſeptima ղուկաս Lucas, ղեւի Leui: pro octaua շուշան Suſanna, շաբաթուն Sabbathum: pro nona պետրոս Petrus, պաւղոս Paulus: pro decima տուբիայ Tobias: pro vndecima եփրեմ Ephrem: pro duodecima, & vltima միքայէլ Michael, մելքիսեդեք Melchiſedech, & his ſimilia multa, quæ breuitati conſulens ſponte prætermitto.

Cęteras litteras, quę uel indubitatam habent cum latinis conuenientiam, vel prorſùs nullam, poterit vnuſquiſque ex citata Theſei Ambroſij Introductione colligere, vel ex ſe ipſo diligentiùs obſeruare.

De diuiſione Litterarum Armenarum in Vocales, Semiuocales, & Conſonantes.

CAPVT VIII.

OMISSA generali illa diuiſione, qua diuidi litteræ conſueuerunt iuxta varia, & diuerſa prolationis inſtrumenta, ſeu organa, diuidam primò Armenas Litteras in Vocales, Semiuocales, & Conſonantes, de quibus agetur in præſenti Capite; diuidam ſecundò in Seruiles, Affixas, & Quieſcentes, de quibus diſſeretur in ſequentibus.

Vocales igitur ſunt ա, ե, ի, ո, quę quatuor hiſce Latinorum vocalibus a, e, i, u, reſpondent; Vocalem verò noſtræ vocali O reſpondentem quia non habent Armeni, efformant eam, copulando inuicem duas has litteras ու, appoſito deſuper o paruo, ſeu duobus punctis, prout fuſiùs dictum eſt ſupra, Capite tertio.

Atque hoc loco obſeruandum eſt primò, vocalem ո cùm præponitur litteræ վ, acquirere ſonum, & valorem noſtræ vocalis o, ſiue ſit in principio dictionis, ſiue medio, ſiue fine; Exempla ſunt որովայն Venter, խոստովանիլ Confiteri, quorum germana prolatio erit Vrouàn, Hhuſdouanìl.

Patet id ipſum in Ablatiuis inſtrumentalibus in ով deſinentibus, cuiuſmodi ſunt, սրով Gladio, ſeu cum gladio: մարմնով Corpore, ſeu cum corpore.

Conſtat inſuper in Gerundijs in ով itidem finientibus, cuius generis ſunt սիրելով Amando: լալով Flendo.

Obſeruandum eſt ſecundo loco, eandem vocalem ո ſortiri eũdem valorem, & ſonum vocalis o, quotieſcumque poſt illam ſequitur littera ղ, quę littera ſit finis dictionis, cuiuſmodi ſunt Participialia omnia actiua in ող deſinentia, vt սիրող Amans: բարկացող In iram concitans: լալող Flens. Dixi in fine dictionis, quia in initio, & medio, retinet proprium ſonum vocalis u, vt

cùm

cùm dicitur ողորմիլ Miſereri, ողել Vngere, in quib. legitur Vkurmìl, Vkièl, non Okurmìl, Okièl.

Semiuocales ſunt է, ը, յ, վ, ւ; dicunturque ſemiuocales, quia imperfectæ ſunt, ſi cum vocalibus comparentur; է ſiquidem non includit in ſe perfectum eum ſonum, quem includit vocalis ե, licet interdum inuicem confundantur, ſed ſonat quid imperfectum, & medium inter i, & e, ſeu potiùs ſyllabam Ie. Similiter Littera ը ſolitariè poſita, nullius vocalis habet valorem, acquirit tamen valorem aliquem imperfectum ſimilem ex parte valori vocalis, e, ſi cum aliqua Conſonante coniungatur, ut accidit in his dictionibus, ընդ, ըստ. Tertia Semiuocalis յ, aut quieſcit, vt infra dicetur, in Capite De Quieſcentibus, aut ſonat, i, valde lenem, & imperfectum, vt cùm dicitur այս, այն, այլ. Quarta Semiuocalis eſt վ, quæ & ipſa repręſentat, u, lenem admodum, ac remiſſum; poniturque ut plurimùm ante uocales; rarò, aut nunquam ante Conſonantes,

nantes, ante quas, ſi quando comperiatur, ſubintelligenda eſt ſemiuocalis ր; quæ ſemiuocalis ſubintelligenda etiam eſt vt plurimum inter duas conſonantes, ut in hiſce dictionibus պտող, Fructus, գնացք Greſſus, ննջել Dormire, մտանել Ingredi; quæ rectiùs ſcriberentur պրտող, գրնացք նրնջել, մրտանել. Quinta demum, & ultima Semiuocalis eſt ւ, quæ per ſe poſita nihil propriè ſonat, ſonat tamen aliquid, ſi cum alia vocali coniungatur; coniuncta enim cum ա hoc modo աւ, facit Au, vel O, prout dictum eſt Capite Tertio; ſi coniungatur cum ե, facit Ieu; ſi cum ի, facit Iu, per attractionem vtrobiquè Semiuocalis ւ ad uocalem præcedentem; ſi demum coniungatur cum ո, facit u longum, ſeu potiùs u diphthongum, prout dicetur, Capite de Diphthongis. Contingit tamen aliquando, ut eadem Semiuocalis ւ per ſe poſita idem ſonet, quod ſonat uocalis ո affecta Semiuocali ւ, ut in his dictionibus, իւր Suus, թիւր Obliquus, & id genus alijs.

Cæteræ

Cȩteræ omnes litterȩ ſunt Conſonantes: circa quas illud vnum eſt notandum, poſſe omnes vſu venire in initio dictionis, prȩter has duas ր, & ւ, quæ nunquam reperiuntur in principio dictionum. Raro etiam reperies in capite dictionis litteram ռ, cui litteræ vt plurimùm prȩmittitur ſemiuocalis ը, vt in his dictionib. ըռատ Abundans, affluens: ըռամիկ Ruſticus; vel etiam littera Հ, ut in his alijs dictionibus, Հռոմ Roma: Հռաքէլ Rachel, ſicuti latiùs dicetur in Capite, De ſeruilibus litteris.

Aduertendumque eſt, penultimam Alphabeti litteram, quæ eſt և, eſſe compoſitam ex litteris ե, & ւ, quæ ſæpenumerò ſeruit loco particulȩ coniunctiuæ Et.

De

De Litteris Seruilibus.

CAPVT IX.

SERVILES Litteras eas appello, quæ licet pertineant interdum ad eſſentiam, & ſubſtantiam verbi, ſeu nominis, famulantur tamen aliquando, & deſeruiunt, varijs fungentes muneribus.

Huiuſmodi primò ſunt Litteræ զ, & ց, quarum prima præfigi conſueuit Accuſatiuo, tamquam nota, & articulus ipſius; ſecunda verò apponi ſolet Datiuo, tamquam articulus, & nota eiuſdem, ſicuti dicetur Libro ſecundo, Capite ſecundo.

Eiuſmodi ſecundò ſunt vocalis ի, & ſemiuocalis յ, quæ ablatiuis nominum pręponuntur loco præpoſitionum, a, ab, de, in, de quibus etiam agetur in eodem Capite.

Quin etiam Seruiles nuncupari poſſunt ſemiuocales omnes, quę conſtituendis diphthongis deſeruiunt, de quibus ſuo loco.

Poteſt tertiò dici Seruilis littera ը, quæ

D dictio-

dictionibus ab ռ initium ſumentibus inſeruit, cuiuſmodi ſunt dictiones iſtæ, րռամիկ Ruſticus : րռատ Copioſus : րռինջ Toxicum : րռիք Vindicta : րռուբ Defrutum, & aliæ quamplurimę. Quo eodem nomine ſeruilis nuncupari etiam poteſt littera Հ, quę alijs dictionibus ab ռ pariter exordientibus famulatur; vt conſtat in his nominibus, Հռութ Ruth : Հռոմլոս Romulus : Հռագուել Raguel : Հռաւբէկ Rebecca, & alijs multis.

Neque ſolùm huiuſmodi dictionibus ab ռ exordientibus deſeruit dicta Semiuocalis ր, ſed inſeruit etiam litteris գ, ղ, մ, ն, ջ, ս, quibus pręuia paſſim eſt; vt enim optimè adnotauit Theſeus Ambroſius in ſupra citata Introductione, videtur hoc elementum promptum ſemper eſſe, & paratum vt pro voluntate ſcribentis deſeruiat, addique poſſit quibuſcunque dictionibus, ſicuti clariùs conſtabit legenti Armenios codices ; Rarò reperies eam præuiam alijs Litteris.

De

De Litteris Affixis.

CAPVT X.

PER Affixas Litteras intelliguntur eæ Litteræ, quæ ſuperadduntur in fine dictionis, & eidem quodammodo affiguntur, ſiue ad denotandas perſonarum differentias, ſiue ad ornatum, ſiue in alium finem, vt mox dicetur.

Eiuſmodi eſt littera ն, quæ ſæpiſsimè reperitur addita quibuſcumque nominum caſibus, tam ſingularis numeri, quàm pluralis; cuius quidem litteræ proprium, & peculiare munus eſt, ſupplere vices particulæ Italicæ Il, ſeu litteræ L', vt cum dicitur Il tempo, L' hora; Id quod Arabes exprimunt per particulam ال dictioni præuiam, Perſæ per particulam   Hebræi per litteram ה, quam vocant הידיעה. Exempla extant paſſim in pſalmis, vt cum dicitur, անաւրէնն Iniuſtus, pſalm. 35. u. primo: ոտն Pes, ibidem pſal. 35. u. duodecimo:

'ամբարիշտն Impius, pſ. 36. 9: մեղաւ-
որն Peccator, ibidem, u. 19: թշնամոյն
Inimici, pſ. 42. 8: ծովուն Maris, pſ. 32. 5:
բարձրելոյն Altiſſimo, pſ. 42. 18: մեղ-
աւորին Peccatori pſ. 49. 16: զարդարն
Iuſtum, pſ. 36. 16: զտունն Domum, pſal.
113. 20: յերկրին In terra, pſ. 55. 11: ի
ձեռին In manu, pſ. 74. 7: յանզգամեն
Ab inſipiente, pſ. 73. 21, & his ſimilia.

Neque ſolis nominibus affixa reperitur hæc littera, ſed inuenitur etiam ſuperaddita in fine Verborum, vt cum dicitur ուր էրն յովհաննէս Vbi erat Ioannes, Io. 1. եկն յամենայն Venit in omnes, &c.

Altera earum eſt littera ս, quæ et ipſa eandem vim, & munus habet, quod littera ն, de qua nunc ſermo fuit. Valetque inſuper ad conſtituendos obliquos caſus plurales nominum, accuſatiuum ſcilicet, & ablatiuum: Primi muneris exempla ſunt quæ ſequuntur: տնանկիս Pauperis, pſ. 108. 28; զաշխարհս Orbem, pſ. 9. 8; զմահ-
իճս Lectum, pſ. 6. 6; զցաւս Dolorem, pſ.
7. 15.

7. 15; *զերկիրս* Terram, pſ. 113. 24; *զժողովուրդս* Populum, pſal. 7. 8; *ի խորհուրդս* In meditatione, & huiuſmodi alia. Secundi muneris exempla ſunt huiuſmodi, *զանաւթս* Vaſa, pſ. 7. 13; *զերկինս* Cęlos, pſ. 8. 4; *զամենայն ծագս* Omnes terminos, pſ. 2. 8; *զանասունս* Iumenta, pſ. 35. 7; *զսուրբս* Sanctos, pſ. 36. 26; *զշաւիղս* Semitas, veſtigia, pſ. 42. 20; *զտանջանս* Flagella, tormenta, pſ. 39. 11; *զվկայութիւնս* Teſtimonia, pſ. 118, & alia infinita. Ablatiui ſimiliter exempla habemus nonnulla, *յանկողինս* In cubilibus, in ſtratis pſ. 4. u. 4. *յամպս* In nubibus pſ. 35. 6: *յեկեղեցիս* In Eccleſijs pſ. 67. 26. *յաւուրս* In diebus pſal. 43. 2: *ի հեթանոսս* In gentibus, pſ. 9. 11.

Quòd ſi hæc eadem littera, *ս*, reperiatur quandoque ſuperaddita nominatiuo plurali, habet vim littera illa pronominis primæ perſonæ pluralis; vt cum dicitur pſal. 113. 26: *այլ կենդանիքս աւրհնեսցուք զտէր* Sed nos, qui viuimus, bene-

dicimus

dicimus Dominum.

Præter has duas litteras, de quib. mentio hactenus fuit, reperies aliquando litteram դ affixam dictioni; quę littera vim habet repræſentandi pronomen ſecundæ perſonæ ſingularis, vt cum dicitur, արի առ զմանուկդ Surge, accipe puerum tuum, Matth. 2, & ibidem զանձն մանկանդ Animam pueri tui; licet interdum cum huiuſmodi affixo coniungatur etiam pronomen ipſum; legi enim in quodam Miſſali manuſcripto աջդ քոյ Dextera tua; & alibi միածինդ քոյ Vnigenitus tuus.

Atque hæc littera non ſolùm affigitur Nomini, ſed affigitur etiam Verbis; cuius rei exempla ſunt quę ſequuntur, Հայր մեր որ յերկինս դես Pater noſter, qui in Cælis es, Matth. 1. 6, in Oratione Dominicali: որ գալոցդես Qui venturus es, pſ. 117. 24: որ բնակեալդես Qui habitas, ſeu qui habitans es, pſ. 122. 1: որ Հովեսդ իսրայէղի Qui regis Israel, alibi in pſalmis: վասն որոյ եկիրդ Ad quid veniſti:

niſti : Matth. 26. որպէս հաւատացէրդ
ſicut credidiſti Matth. 8 : էքդ անխմորք
Eſtis azimi 1. Corinth. 5; ex quo vl-
timo loco colligere licet, con-
iungi etiam quandoque
litteram դ cum nu-
mero plurali,
habereq; vim interdum repręſentan-
di ſecundam perſonam plu-
ralem. Aliquando eti-
am comperies af-
fixam dic-
tioni litteram տ; verùm
illa ſtat loco lit-
teræ դ.

De Litteris Quieſcentibus.

CAPVT XI.

QVIESCENTES Litteræ dicuntur illæ, quæ licet dictionibus adſint, non leguntur tamen, nec proferuntur, proinde ſi non adeſſent. Eæ autem ſunt ը & յ, quarum prima quieſcit ſæpiſſimè in principio, & medio dictionis; Secunda verò in principio, medio, & fine.

Quieſcit igitur primò littera ը in principio dictionis, habetq; tunc vim tantummodo mouendi eam litteram, cui præfigitur, addendique ſpiritum quendam, vt faciliùs, & meliùs illa pronuncietur; quo nomine Seruilis etiam nuncupatur, prout dictum eſt Capite Nono. Patet id clariſſimè in his dictionibus, quæ ſequuntur, ըզ-կիզբն Initium, ըզկընի Poſt, ըսպիտակ Albus: ըսքանչելի Admirabilis, ըստա-նալ Poſſidere, &c. Quæ omnia æquè bene ſcriberentur omiſſa littera ը. Quòd autem

quieſcat in medio dictionis, præterquam quod colligi poteſt ex iam dictis, Capite octauo, vbi agitur de Semiuocali ը; colligitur etiam ex hiſce exemplis, ծընընդեան Natiuitatis, ſeu Partus; գալըստեան Aduentus; ժողովըրդեան Populi; քընընել Examinare; նընջիլ Dormire; quæ aptè etiam ſcriberentur ſecluſa dicta Semiuocali ը, hoc modo, ծննդեան, գալստեան, ժողովրդեան, քննել ննջիլ.

Secunda quieſcens littera eſt Semiuocalis յ, quæ vt iam dictum eſt, quieſcit in principio, medio, & fine dictionis. In principio quidem quieſcit potiſſimùm ante vocales, dummodo illa non ſtet loco præpoſitionum, A, ab, de, in; quo in caſu ſeruilis nuncupatur, prout dictum eſt Capite nono: Exempla ſunt յակովբ Iacob, յովսէփ Ioſeph, յափեթ Iapheth, յուդայ Iudas, յիշել Reminiſci, յաղթել Vincere. Atq; hoc loco obſeruandum eſt, vocalem ի nunquam reperiri ante vocales, ſed ipſius loco adhiberi ſemiuocalem յ; ac proinde, ſi ſcri-

bendum ſit Armenico idiomate nomen aliquod proprium, quod incipiat à vocali, I, cui ſubſequatur alia littera vocalis, non adhibebitur vocalis ի, quam diximus reſpondere noſtræ vocali, i; ſed adhibebitur ſemiuocalis յ, vt patet in mox allatis exemplis nominum propriorum; eiuſque ſonus omnino quieſcet.

Quieſcit autem in medio, & fine dictionis eadem ſemiuocalis յ præcipuè poſt vocales ա, & ո; Verùm vtriuſque exempla proponere ſuperuacaneum arbitror, cùm frequentiſsimè occurrant legenti Armeniorum Libros. Non negauerim tamen, moueri aliquando in medio dictionis poſt vocalem ա, vt in his dictionib. այժմ Nunc, այս Hic, այն Ille, այլ Alius, այոյ Etiam; verùm ſonus illius maximè tenuis tunc erit, & exilis, ſicuti etiam innui Capite octauo, cum de Semiuocali յ ageretur.

De

De Diphthongis Armenicis.

CAPVT XII.

EX combinatione Vocalium cum Semiuocalibus fiunt Diphthongi ſeptem, այ, աւ, եւ, իւ, ոյ, ով, ու, in quibus vides, vocales eſse ſemper præpoſitiuas, Semiuocales verò poſtpoſitiuas, excepta diphthongo եւ, quæ compoſita eſt ex duabus Semiuocalibus; in qua quidem diphthongo, Semiuocalis ե, præponitur, quia proximè accedit ad vocalem է, cum qua etiam aliquando confunditur.

De modo ſcribendi Armeniorum.

CAPVT XIII.

NON eam ſectantur ſcribendi rationem Armenij, quam ſequuntur Hebræi, Syri, Arabes, Perſæ, cæteriq; Orientales, qui omnes à dextera ad ſiniſtram verſùs ſuos ducunt characteres; verùm illi Latinorum more à ſiniſtra manu ſcribendi ſumentes initium, ad dexteram deueniunt.

Connectendarum etiam litterarum morem, qui viget potiſsimùm apud Arabes, & Perſas, reſpuunt Armeni, exceptis hiſce litteris, մ, nempe, quam ſæpè cum litteris ի, ե, է, կ, խ, ſociatam, aliquando verò cum ն perplexam reperies; & littera վ, quæ aliquando coniungitur cum ե, է, ի; idq; vt plurimùm contingit in manuſcriptis

De Combinatione Conſonantium cum Vocalibus.

CAPVT XIV.

ILLVD eſt in more poſitum apud Armenos, vt non priùs tyrones ſuos ad Conſonantium cum Vocalibus combinationem admittant, quàm eos in Alphabeti cognitione optimè verſatos comprehendant.

Conſueuerunt itaque tabulam memoriæ mandandam proponere, quam præpoſtero ordine conſcriptam, præpoſtero etiam ordine ſciant recitare; ea aũt eſt huiuſmodi.

ա	բ	գ	դ	ե	զ	է	ը	թ	ժ	ի	լ	[illegible]
խ	ծ	կ	հ	ձ	ղ	ճ	մ	յ	ն	շ	ո	ւ
չ	պ	ջ	ռ	ս	վ	տ	ր	ց	ւ	փ	ք	[illegible]

Exinde verò ad litterarum combinationem admittunt, quò faciliùs, & promptiùs legendi facultatem acquirant; atque ob id ſequens proponitur tabella.

բա	բե	բի	բաւ	բո
գա	գե	գի	գօ	գու
դա	դե	դի	դաւ	դո
զա	զե	զի	զօ	զու
թա	թե	թի	թաւ	թո
ժա	ժե	ժի	ժօ	ժու
լա	լե	լի	լաւ	լո
խա	խե	խի	խօ	խու
ծա	ծե	ծի	ծաւ	ծո
կա	կե	կի	կօ	կու
հա	հե	հի	հաւ	հո
ձա	ձե	ձի	ձօ	ձու
ղա	ղե	ղի	ղաւ	ղու
ճա	ճե	ճի	ճօ	ճո
մա	մե	մի	մաւ	մու
յա	յե	յի	յօ	յո
նա	նե	նի	նաւ	նու
շա	շե	շի	շօ	շո
չա	չե	չի	չաւ	չու
պա	պե	պի	պօ	պո
ջա	ջե	ջի	ջաւ	ջու
ռա	ռե	ռի	ռօ	ռո
սա	սե	սի	սաւ	սու

վա

վա	վե	վի	վօ	վո
տա	տե	տի	տաւ	տու
ցա	ցե	ցի	ցօ	ցո
փա	փե	փի	փաւ	փու
քա	քե	քի	քօ	քո
ֆա	ֆե	ֆի	ֆաւ	ֆու

Atque hinc colligere quilibet poteſt, quænam ſint eæ litterę, quę cum vocalibus copulari poſſunt, & coniungi, quæve non.

Colligere poteſt ſecundò, quænam litteræ in principio dictionis apponi poſſint, quæve non poſſint; qua in re recolendum illud eſt, quod dictum iam fuit Capite nono, & vndecimo; litteram nempe ր vſu venire in principio dictionis ante Conſonantes, licet non ante vocales.

De

De Notis Numerorum.

CAPVT XV.

DESIGNANT Armenij, ſicut, & Hebræi ſuos numeros, per Alphabeti litteras, eaſq; vt plurimùm ſignant deſuper lineola quadam, vt dignoſcantur Numeri loco deſeruire; ratio autem numerandi hæc eſt.

ա 1	բ 2	գ 3	դ 4	ե 5
զ 6	է 7	ը 8	թ 9	ժ 10
ի 20	լ 30	խ 40	ծ 50	կ 60
հ 70	ձ 80	ղ 90	ճ 100	մ 200
յ 300	ն 400	շ 500	ո 600	չ 700
պ 800	ջ 900	ռ 1000	ս 2000	վ 3000
տ 4000	ր 5000	ց 6000	ւ 7000	փ 8000
ք 9000	ֆ 10000			

GRAM-

GRAMMATICÆ ARMENÆ LIBER SECVNDVS.

DE NOMINE, AC PRONOMINE.

De ijs, quæ accidunt Nomini, ac primò, De Genere Nominum.

CAPVT I.

NOMINI, quod ab Armenijs vocatur անուն, tria accidunt in vniuerſum, Genus, Caſus, Numerus: de Genere agetur hoc Capite, de Caſu, & Numero diſſeretur in ſequentibus.

Vnum dumtaxat reperitur Genus apud

Armenios, quod generi maſculino, & feminino Latinorum reſpondet: neque enim quemadmodum Latini, Hebræi, plurimique Orientalium, peculiares aliquas habent voces, ſeu Affixa, quæ reſpondeant nomini repræſentanti maſculinum genus, alias verò, quæ reſpondeant nomini repræſentanti femininum; ſed eædem voces aptè coniunguntur vtrique nominum generi abſque vlla prorſus differentia. Exempli gratia, in hoc nomine, Probus, proba, probum, ſi de viro ſermo ſit, dicent Latini, Probus vir, ſi autem ſermo ſit de muliere, dicent, Proba mulier; quod idem etiam ſeruatur apud Hebræos, dicent enim de homine איש טוב Vir probus, de muliere verò, אשה טובה Mulier proba; At verò Armenij æquè dicent de homine բարի մարդ Probus vir, & de muliere բարի կին Proba mulier, inuariato vtrobiq; adiectiuo nomine բարի; quod idem ſeruant etiam in Pronominibus, vt cum dicunt Հայր իմ Pater meus, & մայր իմ Mater mea.

Exci-

Excipiuntur nonnullæ paucisſimę voces, ſeu nomina in ուհի deſinentia, quæ de feminis ſolummodo dicuntur; cuiuſmodi ſunt սրբուհի Sancta, վկայուհի Martyr, երանուհի Beata, & ſi quæ ſunt alia.

De Caſibus Nominum.

CAPVT II.

CASVS Nominum ſunt quinque tàm in ſingulari numero, quàm in Plurali, Nominatiuus ſcilicet, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, & Ablatiuus.

Datiuus ſiue ſingularis, ſiue pluralis cuiuſcumque declinationis idem ſemper eſt cum genitiuo: exempli gratia à nomine մեղաւոր Peccator, quod eſt ſecundæ ſpeciei, Declinationis ſecundæ, dices in genitiuo ſingulari մեղաւորի pſ. 33. 20, idemque dices in datiuo, pſ. 93. 11; in genitiuo autem plurali dices մեղաւորաց pſal. 1. 1, quod idem leges in datiuo, pſ. 74. 7.

Id verò adeò clarum eſt, vt non egeat plurium exemplorum inductione.

Interdum fit, & formatur Datiuus per additionem litteræ ց ad nominatiuum, quæ littera præuia ſit nomini; ſi enim nomini հայր Pater, addas in principio litteram ց, hoc modo ցհայր, ſeruiet pro datiuo eiuſdem nominis: hinc formę illę dicendi ցժողովուրդ Populo, Turbæ: ցնայ Ei: ցյիսուս Ieſu: & huiuſmodi aliæ, quæ paſsim leguntur in libris Euangeliorū: quod idem patet etiam ex loco illo pſalmi 109. 1. vbi legitur ասաց տէր ցտէր Dixit Dominus Domino; & ex illo pſal. 34. 2. vbi dicitur ասայ ցանձն իմ Dic animæ meæ, & ex aliјs multis in libro Pſalmorum. Aduertendum tamen eſt, in numero plurali, quotieſcumque contingunt huiuſmodi datiui, mutari vltimam litteram ք formatiuam nominatiui pluralis in litteram, ս; ſi enim ab hiſce nominatiuis pluralibus ծերք Seniores, դատաւորք Iudices, արդարք Iuſti, formare velis huiuſmodi datiuos plurales, non

nō dices *ցծերք, ցդատաւորք, ցարդարք,* ſed dices *ցծերս, ցդատաւորս, ցարդարս.*

Atque hoc loco obſeruandum etiam eſt, dictam litteram *ց*, quam diximus eſſe conſtitutiuam Datiui, ſi quidem illa præcedat Nominatiuo, vt dictum eſt hactenus, præfigi etiam cuiuis dictioni, quæ ſequatur aduerbium temporis *մինչև*, ſiue dictio illa ſit nomen, vt cùm dicitur Matthæi 2. *մինչև ցվախճանն* Vſque ad obitum; ſiue ſit aduerbium, vt cùm dicitur Ioan. 2. *պահեցեր զանուշ գինիդ մինչև ցայժմ* Seruaſti bonum vinum vſque adhuc.

Accuſatiuus ſingularis idem eſt cum Nominatiuo, præpoſita tamen nomini littera *զ*, quæ eſt nota accuſatiui, ſeruitq; articuli loco: Exempla ſunt paſſim in pſalmis, ab *ժողովուրդ* enim fit accuſatiuus *զժողովուրդ* Populum, pſ. 57. 2: ab *սիրտ* deducitur Accuſatiuus *զսիրտ* Cor, pſ. 50. 18: ab *պտուղ* demum efficitur accuſatiuus *զպտուղ* Fructum pſal. 1. Hoc eodem modo formatur à nominatiuo plurali accuſatiuus plu-

ralis,

ralis, uerùm vltima littera nominatiui, quæ eſt littera ք, mutatur in litteram, ս; Exempli gratia à nominatiuo plurali Ճանապարհք Viæ, deſumetur accuſatiuus pluralis զՃանապարհս Vias, pſal. 50. 14: ab Թագաւորք, dices in accuſatiuo plurali զԹագաւորս Reges, pſ. 67. 14: ab սիրտք formabis accuſatiuum pluralem զսիրտս Corda, pſal. 61. 9: ab Թշնամիք demum deduces accuſatiuum զԹշնամիս Inimicos pſ. 77. 68; ſicuti etiam fuſiùs demonſtratum fuit Libro Primo, Capite vndecimo, cùm de Affixis Litteris ageretur.

Verùm antequam gradum faciam ad vlteriora, notanda ſunt hoc loco nonnulla circa litteram զ, quam dicimus eſſe notam Accuſatiui, quorum cognitio plurimùm proderit ad ſuperandas plurimas difficultates, quæ in ſtudioſorum animis poſſent exoriri.

Notandum igitur primò, reperiri ſępènumero ſemiuocalem ը ante litteram զ, maximè ſi principium nominis in recto ſit lit-

tera

tera conſonans; quo in caſu ſemiuocalis illa habet tantummodo vim mouendi litteram զ, vt faciliùs pronuncietur, ſicuti dictum eſt Capite vndecimo, Libro primo.

Notandum ſecundo, non ſemper præponi accuſatiuo litteram զ, præcipuè verò, ſi nomen ipſum incipiat à littera զ: hinc accuſatiui illi զուարակս Holocauſta, pſ. 49. 9: զօրութիւն Virtutem, fortitudinem, pſ. 59. 13: զաւակ Semen, pſ. 88. 4: զէն Arma, pſ. 34. 2. Id ipſum euenit in alijs accuſatiuis, qui non habent in principio nominis litteram զ; exempla ſunt paſſim in pſalmis, vt cum dicitur, բերան ունին Os habent pſ. 113. 13: տուր մեզ աւգնութիւն da nobis auxilium, pſalm. 59. 12: ցուցեր ժողովրդեան խստութիւն Oſtendiſti populo dura, ibid. u. 3.

Notandum tertio, Contingere interdum vt ad vnum, idemque verbum referantur duo accuſatiui, & ambo afficiantur littera զ, ut cùm dicitur pſalm. 78. 7. մի յիշեր զմեղս մեր զառաջինս, ne memineris ini-

iniquitates noſtras antiquas; quo loco vides non ſolum primario nomini, ſed adiacenti etiam, ſeu adiectiuo addi litteram զ.

Notandum quarto, inueniri nonnũquam dictam litteram զ, præpoſitam genitiuo; verùm tunc ſubintelligitur accuſatiuus, qui in præcedentibus fuerit præmiſſus; Exemplum erit pſalm. 24. 6. vbi legitur զմեղս մանկութեան իմոյ, եւ զանգիտութեան իմոյ մի յիշեր, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantiæ meæ (ſuple delicta) ne memineris.

Notandum quinto, Præponi etiam aliquando litteram զ Ablatiuo: tuncque littera զ vim habet aduerbij Aduerſùs, cõtrà, de, vt cùm dicitur մի խօսիք զաստուծոյ անիրաւութիւն Nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem pſal. 74. 5: չարախօսէին զինէն Obloquebantur de me, ſeu aduerſùm me pſ. 118. որ չարախօսէին զանձնէ իմմէ Qui obloquebantur aduerſùs animam meam pſalm. 70. 13. & 108. u. 18. տրտնջեսցեն զաստուծոյ Murmurabunt aduerſùs Deum pſal. 77. 20. տրտնջէին

զտանու

զտանուտեառնէն Murmurabant aduerſus Patrem familias Mat. 20. սկսաւ յս̃ ասել զժողովուրդն զյովհաննէ Cœpit Ieſus dicere turbæ de Ioanne, ibid. v. 11. Adde eſſe aliqua verba, quæ volunt poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione զ, cuiuſmodi eſt verbum գոհանալ, vt cum dicitur գոհանամ զա̃յ Gratias ago Deo, in Miſſ. գոհանայր զտեառնէ Gratias agebat Domino Luc. 2. գոհանամք զքէն Gratias agimus tibi, in Symbolo.

Notādū ſextò, Pręmitti aliquoties eādem litteram զ infinitiuis verborum: atquì tunc infinitiuus ſuplet vicē nominis, & nominis induit naturā, vt cum dicitur pſ. 101. 8. զըմպելս իմ Bibere meū, ideſt potum meum.

Notandum ſeptimò, Adhiberi etiam hanc litteram in principio nominis, ſeu dictionis, quę ſequatur particulam ſimilitudinis որպէս Tanquam, ſicut; exempla ſunt pſ. 71. 6. vbi dicitur իջցէ որպէս զանձրև Deſcēdet ſicut pluuia; & pſ. 72. 18. vbi legitur որպէս զանասունս համարեցայ Tāquā

iumentum reputatus ſum, &c.

Notandum octauò litteram *զ* præpoſitam accuſatiuo ſeruire aliquando ad denotandum tempus, ſeu temporis moram; vt cum dicitur *զա̃մ գիշերս աշխատեցաք* Per totam noctem laborauimus, Luc. 5. *զերիս ամս, և զվեց ամիս* Per tres annos, & ſex menſes Iac. 5. *ելեալ զերրորդ ժամու* Eggreſſus circa tertiam horam, Math. 20.

Notandum nonò, Apponi interdum eandem litteram ante aduerbia: verùm tunc ſubintelligitur accuſatiuus, qui in præcedentibus fuerit præmiſſus; vt cum dicitur pſ. 39. 8. *զողջակէզս, և զվասն մեղաց* Holocauſta, & pro delictis, ſuple, & holocauſta, quæ pro delictis;

Ablatiuus ſiue ſingularis, ſiue pluralis, duobus modis poteſt conſiderari, vel prout adiunctas habet præpoſitiones *ի*, vel *յ* ſignificantes In; vel prout adiunctas habet eaſdem ſignificantes A, vel Ab, vel De. Si primo modo conſideretur ablatiuus,

ſe-

ſequitur vt plurimùm ablatiuus ſingularis terminationem genitiui, pluralis verò terminationem accuſatiui; Exempla pro ablatiuo ſingulari ſunt ի տան In domo, pſ. 54. 12. յանուան In nomine, pſ. 42. 7. ի նանրութեան In vanitate pſ. 51. 6. յողորմութեան In miſericordia pſ. 58. 19. ի սրտի In corde pſ. 52. 1. ի խորանի In tabernaculo pſ. 26. 6., & his ſimilia infinita, quorum omnium terminatio eadem eſt cùm terminatione genitiui; quod idem ſeruatur etiam vbi contingit adiunctam habere particulam ընդ Cum. Exempla pro ablatiuo plurali ſunt ի հեթանոսս In gentibus 9. 11. յամպս In nubibus pſ. 35. 6. ի եկեղեցիս In Eccleſijs pſ. 67. 26. յանկողինս In cubilibus pſ. 4. 4. & huiuſmodi alia, quæ accuſatiuorum terminationem ſequuntur.

Si verò ſecundo modo conſideretur Ablatiuus, prout ſcilicet coniunctas habet præpoſitiones ի vel յ ſignificantes A, vel Ab, vel De, terminatur vt plurimùm Abla-

ciuus ſingularis in *ե*, vt *յ անուանէ* à nomine pſ. 101. 14. *ի ժողովրդենէ* De populo pſ. 113. 1. *ի բազմութենէ* à multitudine pſ. 63. 2. *ի մանկութենէ* à iuuentute pſ. 70. 5. *ի ցանկութենէ* à deſiderio pſ. 77. 30. *յձայնէ* à voce pſ. 42. 18. *ի ծառայէ* à ſeruo pſ. 26. 10. *ի մահուանէ* de morte pſ. 32. 16.,& his ſimilia. Dixi vt plurimùm, quia ſunt aliqua tertiæ declinationis, quæ in huiuſmodi ablatiuis ſequuntur inflexionem genitiui, vt cum dicitur *ի հողոյ* à puluere pſ. 11. 16. *ի բերանոյ* de ore pſ. 21. 21. *ի կաւոյ* de luto pſ. 39. 2. Pluralis verò ablatiuus ſic conſideratus, ſequitur terminationem genitiui pluralis: Exempla ſunt *յ երկնից* de Cælis pſ. 32. 11. *ի ճանապարհացն* à vijs pſ. 2. 12. *ի մեղաց* à peccatis pſ. 18. 13. *ի առիւծուց* à leonibus pſ. 34. 16. *ի գետոց* à fluminibus pſ. 71. 8. *ի խորհրդոց* à conſilijs pſ. 5. 10.

De Numeris Nominum.

CAPVT III.

NVMERVS, qui ab Armenijs թիւ dicitur, duplex eſt in nominibus, alter qui dicitur միութեան Vnitatis, ſeu միաւոր, nempe ſingularis; alter verò, qui dicitur բազմութեան Multitudinis, ſeu Pluralis, qui & շատ nuncupatur. Verùm non omnia nomina vtrumque Numerum admittunt; aliqua enim ipſorum vſu veniunt in ſingulari tantùm, cuiuſmodi eſt երկիր Terra; alia verò tantummodo in plurali, cuiuſmodi ſunt երկինք Cœli, կեանք Vita, մեղք Peccatum, փառք gloria, կամք Voluntas, ժողովք Cætus, անդունդք Profundum, Abiſſus, & huiuſmodi.

Formatur autem, vt plurimùm Pluralis nominatiuus à nominatiuo ſingulari addito ք in fine; qua ratione ab hiſce nomi-

nibus գործ Opus, չար Malus, որդի Filius, թագաւոր Rex, Ճանապարհ Via, գրող Scriptor, սիրեալ Amatus, արդարութիւն Iuſtitia, fiunt plurales nominatiui գործք, չարք, որդիք, թագաւորք, Ճանապարհք, գրողք, սիրեալք, արդարութիւնք:

Dixi, vt plurimùm, ſunt enim aliæ etiam formæ Nominatiuorum pluralium; aliqui enim ipſorum deſinunt in անք, vt անուանք Nomina, ab ſingulari անուն: կողմանք Plagæ, latera ab կողմն: տերանք Domini, ab տէր.

Alij deſinunt in երք, cuiuſmodi ſunt դստերք Filiæ, ab ſingulari դուստր, & ոսկերք Oſſa, à ſingulari ոսկոր.

Alij finiunt in ինք, vt անձինք Animæ, ab ſing. անձն: լերինք Montes, ab լեռ.

Alij demum terminantur in ունք, ut ատամունք Dentes, երիկամունք Renes, իրաւունք Iudicia, աղեղունք Arcus; պատերազմունք Prælia, թիկունք Scapulę;

&

& omnes nominatiui plurales nominum deſinentium in ſingulari in ումն, ut աւ-ծմունք Vnctiones, ab ſingulari աւծումն, & alia huiuſmodi.

De Eliſione Vocalium.

CAPVT IV.

ANTEQVAM ad Declinationes Nominum accedamus, prҽmittenda primò ſunt quædam de Eliſione vocalium; Proponenda ſunt ſecundo loco nonnulla de earundem Vocalium mutatione: tertio, & ultimò obſeruanda ſunt aliqua de mutatione Conſonantium: horum enim omnium cognitio adeò neceſſaria eſt, vt ſi ea imprimis non habeatur, nec poſſimus aptè nomina inflectere, nec valeamus aſſequi multa, quæ alioquin ſatis clara eſſent, & aperta.

Sciendum itaque eſt, frequentiſſimam eſſe apud Armenios Eliſionem vocalium,

quæ quidem eliſio contingit ferè in obliquis nominum caſibus vtriuſque numeri, præterquam in Accuſatiuo.

Vocalis ա Eliditur interdum in obliquis nominum, à nomine enim աստուած Deus, fit genitiuus ſingularis աստուծոյ, & pluralis աստուծոց, eliſa vtrobique vocali ա, quæ eſt penultima nominatiui; conſtat hoc idem in nomine ամառն Æſtas, a quo fit genitiuus ամռան; & in nomine երազ Inſomnium, cuius genitiuus eſt երզի; quod idem cernere eſt in omnibus genitiuis nominum participialium in եալ deſinentium, in quibus hæc eadem Eliſio contingit, ab սիրեալ enim fit genitiuus սիրելոյ amati, & ſic de cæteris.

Vocalis ի eliditur ſimiliter in obliquis nominum monoſyllaborum habentium in nominatiuo vocalem ի in medio dictionis; Exempli gratia a nomine սիրտ Cor, dices in genitiuo ſingulari սրտի pſ. 24. 14. & in plur. սրտից pſ. 4. 6. ab վիշտ Tribulatio, anguſtia, deduces genitiuum վշտի

&

& in plurali վշտաց pſal. 114. 2. ab միտ Mens, formabis genitiuum մտի, & pluralem մտաց: Eodẽ modo ab գին Pretium բիծ Macula, deducentur obliqui գնոյ Pretij, pſ. 43. 14, & բծոյ Maculæ Apoc. 14.

Eadem eliſio dictæ vocalis ի contingit ſæpiſſimè in obliquis etiã caſibus aliorum nominum, quę non ſunt monoſyllaba, habentque in penultima nominatiui vocalem ի, cuiuſmodi ſunt ea, quæ in իթ, իկ, ին, իչ, իր, ից deſinunt; Exempla ſunt թաւիթ Dauid, մրրիկ Tempeſtas, մարմին Corpus, փրկիչ Redemptor, Saluator, ամիս Menſis, երկիր Terra, որսակից Socius in venatione; quorum ablatiui ſunt թաւթի, Dauidis, մրրկի Tempeſtatis, pſ. 80. 7: մարմնոյ Corporis, pſ. 37. 3: փրկչի Redemptoris, ամսոյ Menſis, երկրի Terræ, որսակցի Socij venationis; in quibus omnibus vides elidi vocalem ի. Atque hęc eadem eliſio ſeruatur in alijs etiam caſibus obliquis vtriuſque numeri, prout legenti Armenicos libros clariùs conſtabit.

Vocalis etiam ո, quæ in nominatiuo adiunctam habet ſemiuocalem ւ, deperit, & ipſa, ſeu eliditur in obliquis caſibus nonnullorum nominum monoſyllaborum, cuius generis ſunt հուր Ignis, սուր Gladius, սուրբ Sanctus, գլուխ Caput, բրուտ Figulus; quorum genitiui caſus ſunt, հրոյ Ignis, pſ. 28. 7, սրոյ Gladij, pſ. 61. 10, սրբոյ Sancti, pſ. 67. 24, գլխոյ Capitis, pſ. 3. 3, բրտի Figuli, pſ. 2. 9.

եղերուք և լինիջիք և լինիք Efficimi(ni, vel eſtote.
եղիցին և լիցին Fiant, vel ſint.

Infinitiuus.

եղանիլ և լինիլ Fieri, vel eſſe.

Ab hoc verbo fit participiale futurum լինելոց եմ, լինելոց ես, լինելոց է, &c. Futurus ſum, futurus es, futurus eſt, &c., & participiale paſſiuum եղեալ Factus.

De quarto Verborum Ordine, eiuſque Speciebus.

CAPVT XI.

QVARTA, & vltima Coniugatio ea complectitur verba quæ deſinunt in tertia ſingulari Præſentis perſona in ու, cuiuſmodi ſunt, առնու accipit, pſal. 32. 12, երդնու Iurat, pſal. 14. 5: թողու relinquit, pſal. 124. 4: ընթեռնու legit, զգենու Induitur.

Huius Coniugationis duæ ſunt ſpecies; altera eſt eorum verborum, quę terminantur in tertia perſona ſingulari Præteriti in ցաւ, vt ընթերցաւ legit, զգեցաւ Indutus eſt: altera verò eorum, quæ in աւ purum deſinunt, vt ջեռաւ Calefactus eſt, ſeu, ſe calefecit.

Atque hoc loco recolendum eſt illud, quod obſeruatum iam eſt ſupra Capite decimo; in hoc nempe Quarto Verborum

Or-

Ordine contingere verba nonnulla mixtæ Coniugationis, quæ ſub eadem Verbi ſignificatione duplicem admittunt formam: Sunt enim aliqua eorum, quæ modò deſinunt in ուլ, iuxta quam terminationem, ſunt quartæ huius Coniugationis; modò verò terminantur in իլ, iuxta quam terminationem ſunt Coniugationis tertiæ; cuius generis ſunt iſta առնուլ, & առնիլ Accipere; լնուլ, & լնիլ Implere; ջեռնուլ, & ջեռնիլ Calefieri: թողուլ, & թողնիլ Derelinquere. Rurſus ſunt aliqua, quæ finiunt in ուլ, & in ել, ſeu անել; cuiuſmodi ſunt հեղուլ, & հեղել effundere: յաւելուլ adijcere: հարցուլ, & հարցանել Interrogare, & his ſimilia; quæ omnia iuxta primam formam, ſequuntur Coniugationem quartam, iuxta ſecundam verò, imitantur ſecundam.

Exemplar Verborum primæ Speciei, quę deſinunt in tertia ſing. præteriti in *ցաւ*.

Præſens.

զգենում	Induor.
զգենուս	Indueris.
զգենու	Induitur.
Plur.	*Plur.*
զգենումք	Induimur.
զգենուք	Induimini.
զգենուն	Induuntur.

Imperfectum.

զգենուի	Induebar.
զգենուիր	Induebaris.
զգենոյր	Induebatur.
Plur.	*Plur.*
զգենուաք	Induebamur.

զգենուիք	Induebamini.
զգենուին	Induebantur.

Præteritum.

զգեցայ	Indutus ſum.
զգեցար	Indutus es.
զգեցաւ	Indutus eſt.
Plur.	***Plur.***
զգեցաք	Induti ſumus.
զգեցարուք	Induti eſtis.
զգեցան	Induti ſunt.

Futurum.

զգեցայց	Induar.
զգեցցիս	Indueris.
զգեցցի	Induetur.
Plur.	***Plur.***
զգեցցուք	Induemur.
զգեցջիք	Induemini.

զգեցցին — Induentur.

Imperatiuus.

զգեցար — Induere.

Plur. — *Plur.*

զգեցարուք — Induimini.

Infinitiuus.

զգենուլ — Indui.

Particip. paſſiu., ſeu neutrum.

զգեցեալ — Indutus.

Exemplar Verborum Secundæ Speciei, quæ deſinunt in tertia ſingularis Præt. in աւ purum.

Præſens.

ջեռնում	Calefio.
ջեռնուս	Calefis.
ջեռնու	Calefit.
Plur.	*Plur.*
ջեռնումք	Calefimus.
ջեռնուք	Calefitis.
ջեռնուն	Calefiunt.

Imperfectum.

ջեռնուի	Calefiebam.
ջեռնուիր	Calefiebas.
ջեռնոյր	Calefiebat.
Plur.	*Plur.*
ջեռնուաք	Calefiebamus.
ջեռնուիք	Calefiebatis.
ջեռնուին	Calefiebant.

Præt.

Præteritum.

ջեռայ Calefactus ſum.
ջեռար Calefactus es.
ջեռաւ Calefactus eſt.

Plur. *Plur.*

ջեռաք Calefacti ſumus.
ջեռարուք Calefacti eſtis.
ջեռան Calefacti ſunt.

Futurum.

ջեռնուցում և ջեռայց &c. Caleſiam.
ջեռնուցուս Caleſies.
ջեռնուցու Caleſiet.

Plur. *Plur.*

ջեռնուցումք Caleſiemus.
ջեռնուցուք Caleſietis.
ջեռնուցուն Caleſient.

Inſi-

Infinitiuus.

ջեռանուլ և ջեռնիլ Calefieri.

Exemplar verborum mixtæ Coniugationis, quæ deſinunt in ուլ, & in իլ, aſſumuntq; initio tertiæ perſonæ ſing. præt. vocalem է.

Præſens.

առնում Accipio.
առնուս Accipis.
առնու Accipit, &c.

Imperfectum.

առնուի Accipiebam.
առնուիր Accipiebas.
առնոյր Accipiebat, &c.

Præteritum.

առի Accepi.
առեր Accepiſti.
էառ Accepit.

Plur.	*Plur.*
առաք	Accepimus.
առէք	Accepiſtis.
առին	Acceperunt.

Futurum.

առնուցում և առից	Accipiam.
առնուցուս և առցես	Accipies.
առնուցու և առցէ	Accipiet.

Plur.	*Plur.*
առնուցումք և առցուք	Accipiemus.
առնուցուք և առջիք	Accipietis.
առնուցուն և առցեն	Accipient.

Imperatiuus.

առ	Accipe.

Plur.	*Plur.*
առէք	Accipite.

Inſi-

Infinitiuus.

առնուլ և առնել Accipere.

Particip. paſſiu.

առեալ Acceptus.

Appendix.

Aduertendum in hoc verborum genere, non omnia verba admittere in penultima tertiæ perſonæ ſingularis præteriti vocalem ա, ſicuti contingit in verbo prædicto, quòd diximus eſſe էառ: alia enim eorum admittunt in penultima ի, vt լնուլ, ſeu լնել, à quo fit tertia ſingularis præteriti ելից: alia vocalem ո, vt in verbo ժողովուլ, ſeu ժող-վել, à quo fit եժող: alia vocalem է, vt հեղուլ, ſeu հեղել, à quo fit եհեղ.

Exemplar verborum mixtæ Coniugationis, quæ deſinunt in ուլ, & անել, aſſumuntq; in capite tertię perſonæ ſing. præt. vocalem ե.

PRO exemplari huiuſmodi verborũ deſeruiet verbũ հարցուլ, quod verbum deſumit Pręſens, & imperfectum ab alia forma, quæ eſt հարցանել, prout infra.

Præſens.

հարցանեմ	Interrogo, &c.

Imperfectum.

հարցանեի	Interrogabã, &c.

Præteritum.

հարցի	Interrogaui.
հարցեր	Interrogauiſti.
եհարց	Interrogauit.
Plur.	*Plur.*
հարցաք	Interrogauimus.

հարցէք	Interrogauiſtis.
հարցին	Interrogauerunt.

Futurum.

հարցից և հարցանիցեմ	Interrogabo.
հարցցես	Interrogabis.
հարցցէ	Interrogabit.
Plur.	*Plur.*
հարցցուք	Interrogabimus.
հարցցէք	Interrogabitis.
հարցցեն	Interrogabunt.

Imperatiuus.

հարց	Interroga.
Plur.	*Plur.*
հարցէք	Interrogate.

Infinitiuus.

հարցուլ և հարցանել	Interrogare.

Con-

Coniugatio verbi defectiui
գոյ.

VErbum iſtud dici poteſt defectiuū, propterea quod nonnullas tantummodò voces admittat: eæ autem ſunt *գոյ* eſt, vt *ոչ գոյ* non eſt, pſ. 31. 12: quod idem habetur, pſal. 33. 8, 36. 37, 49. 10, 54. 16, 62. 2, 68. 1, 72. 3; & alibi. Cuius vocis plur. eſt *գոյն*, vt *ոչ գոյն խօսք ի բերան* &c. non ſunt ſermones in ore, &c., pſal. 32. 14.

գոյր Erat, vt *ոչ գոյր թիւ* non erat numerus, pſ. 104. 33, & 36., & alibi.

գոլ Eſſe, vt *որք զմեզ հող գոլ* Qui nos terram eſſe, &c. in Miſſ. manuſc. *աղթող գոլ* Victorem eſſe ibid: *վասն գոլոյ*, Propterea quod erant, &c. Ibid.

Cætera fere deſumuntur à verbis ſubſtantiuis *եմ*, *ես*, *է* Sum, es, eſt: vel à verbis *լինիմ*, *լինիս*, *լինի*, ſeu *եղանիմ*, *եղանիս*, *եղանի*; Fio, fis, fit; de quibus ſuis locis.

GRAM-

GRAMMATICÆ ARMENÆ LIBER QVARTVS.

OBSERVATIONES AD SYNTAXIM SPECTANTES, ac primò.

De nonnullis Dictionum Armenarum terminationibus.

CAPVT I.

QVONIAM non omnia ſcitu digna reuocari cõmodè potuerunt ad regulas, ijſdemque euacuari, quæ nihilominus negligenda proculdubio non ſunt, nec temere prætereunda; explican-

das aggredior hoc Libro peculiares quaſdam obſeruationes ad Syntaxim pertinentes, ex quarum obſeruatione non exiguus extabit fructus ijs, qui Linguæ huius ſtudio delectabuntur. Ac primò omniū proponam Capite primo nonnullas dictionum Armenarum terminationes, quarum vim, & robur conabor pro viribus, quàm clariſſimè dilucidare.

Dicendum igitur primò, reperiri in hac Lingua dictiones in *ամբ* deſinentes; quæ dictiones ſunt ablatiui inſtrumentales nominum, habentes adiunctam vim præpoſitionum In, Cum, Per; vt cum dicitur *ան-ուամբ* In nomine, pſ. 43. 10: *ձեռամբ* Manu, ſeu cum manu, pſ. 97. 8: *մատամբ* In digito, Luc. 11: *արեամբ* Sanguine, ſeu per ſanguinem, Heb. 9: *տերամբ* Per Dominum, paſſim in Miſſ. manuſc.

Huc ſpectant primò dictiones in *մամբ* terminātes, quæ manant à nominibus ſubſtantiuis deſinentibus in recto in *ումն*: ſic ab *զենումն*, dicitur *զենմամբ* Immolatione,

tione, ſeu per immolationem, Matt. 26 ab երդումն fit երդմամբ Cū iuramēto ibid.

Spectant ſecundò dictiones finientes in թեամբ, ſeu թբ, quæ proficiſcuntur à nominibus abſtractis deſinentibus in recto in թի, vt սրտմտութբ In furore, pſ. 5. 1. դողութբ Cum tremore, pſ. 2. 11; համբերութեամբ Per patientiā, In Miſſ. &c. Quę dictiones induunt quandoque naturā, & vicem aduerbiorum, prout dicetur ſuo loco. Atque horum ablatiuorum inſtrumentalium plurale terminatur in ամբք, vt cum dicitur շրթամբք Labijs, pſal. 62. 6.

Dicendum ſecundò. Præter tertias perſonas ſingulares præteriti verborum ſecundæ ſpeciei, Coniugationis primæ, & Verborum primæ, & ſecundæ ſpeciei, Coniug. tertiæ, & etiā Verborū primæ, & ſecundæ ſpeciei, Coniug. quartę, quæ deſinūt in աւ purū, vel in ցաւ, prout dictū eſt ſuis locis; & præter aliqua nomina, quæ in recto terminātur in աւ, vt ծարաւ ſitis, ցաւ dolor,

նաւ nauis, &c., de quibus in Dictionario à me nuper edito, Contingere alias etiam dictiones in աւ finientes, quæ ſunt, & ipſæ Ablatiui inſtrumentales habentes inſitam vim earundem præpoſitionū, In, Cum, Per, vt լեզուաւ In lingua, ſeu cum lingua, pſ. 38. 1: բազկաւ In brachio, ſeu cum brachio, pſ. 76. 13: աղաղակաւ Cum ſonitu, cum clamore, pſ. 9. 6: գաւազանաւ In virga, cum virga, pſal. 2. 9: նովաւ Per eum, vt cum dicitur երդնուն նովաւ Iurant per eum, pſ. 62. 11. &c.

Ab his ablatiuis emanant ablatiui plurales in ա̊ւք deſinentes, vt լեզուա̊ւք in linguis, pſ. 5. 9; աչա̊ւք Oculis, ſeu cum oculis, pſ. 34. 18; պահա̊ւք In ieiunijs, pſ. 68. 12; արտասուա̊ւք lachrymis, pſ. 6. 6; կոտա̊ւք Cum ſecuribus, pſ. 73 6; ձեռա̊ւք Manibus, ſeu per manus, Exod. 15., &c., quod idem contingit in Pronominibus, vt մերա̊ւք Noſtris, ſeu cum noſtris, pſal. 42. 1; սոքա̊ւք cum his, per hæc in Miſſ. manuſc., &c.

Di-

Dicendum tertiò. Eſſe aliquas etiam dictiones in *իւ* deſinentes, quæ eorundem Ablatiuorum inſtrumentalium vim habent, & munus. Exempla ſunt *երկիւղիւ* In timore, pſ. 2. 11; *ձայնիւ* Voce, pſ. 46. 5. *սրտիւ* Corde, pſ. 36. 13; *հացիւ* Pane, ſeu in pane, pſ. 104: *բանիւ* In verbo, ſeu verbo, vt *բանիւ տեառն երկինք հաստատեցան* Verbo Domini Cæli firmati ſunt in pſalmis.

Dixi, aliquas dictiones, quia non omnes ſunt ablatiui inſtrumentales, ſed aliquando ſunt nominatiui nominū, vt *տիւ* Dies, *հովիւ* Paſtor, *պատիւ* Honor, & alia huiuſmodi; quorum ablatiui inſtrumentales deſinunt in *ուով*, vt *պատուով*, cum honore, prima Theſſ. 4., prout dicetur infra.

Horum autem Ablatiuorum in *իւ* deſinentium plurale terminatur in *իւք*; exempla ſunt *սրտիւք* Cordibus, pſ. 7. 11; *սաղմոսիւք* Pſalmis, ſeu in pſalmis, pſ. 56. 10. *մարգարէիւք* In Prophetis, ſeu per Prophetas,

phetas, in Miſſ. manuſcr: *բանիւք* Verbis, pſal. 108. 2: *աղաւթիւք* In orationibus, Luc. 2: *հանդերձիւք* In veſtimentis, vt cum dicitur *որք գան առ ձեզ հանդերձիւք ոչխարաց*, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium Matth. 7., &c.

Reſtat ſola difficultas explicanda circa prolationem horum ablatiuorum pluralium; huiuſmodi enim dictiones in *իւք* deſinentes, ſi ſint ablatiui nominum, non proferuntur eo modo, vt vocalis *ի* trahat ad ſe ſemiuocalem *ւ*, proferaturque iſc; ſed potius ſemiuocalis *ւ*, quæ vim habet vocalis *ո*, trahit ad ſe vocalem *ի*, fitque Iuc: id quod ſecus accidit, quando dictiones eæ ſunt nominatiui plurales manantes à nominatiuis ſingularibus in *իւ* deſinentibus: Exemplum pro primis eſt *բանիւք*, cuius prolatio eſt Paniuc non Paniſc: Exemplum pro ſecundis eſt *հովիւք*, quod profertur Houiſc, non Houiuc.

Di-

Dicendum quartò. Inueniri etiam aliquas dictiones in ով terminantes, quæ aliquando ſunt Gerundia; quæ quidem formantur per additionem vocis ով ad infinitiuum verborum; qua ratione ab հաւատալ fit հաւատալով Credendo: ab սիրել fit սիրելով Amando; ab խօսիլ fit խօսելով loquendo, &c. Hinc illi dicendi modi, շրջելով շրջեցան Circundando circundederunt, pſal. 117. 10: խրատելով խրատեաց Caſtigando caſtigauit, Ibidem, verſic. 16. աւրհնելով Benedicendo, pſ. 17. 13. խնդրելով Inquirendo, pſal. 77. 8., &c. Aliquando autem ſunt etiam ipſæ Ablatiui inſtrumentales continentes eandem vim, & robur præpoſitionum, In, Cum, Per; vt cum dicitur յուսով In ſpe, pſal. 15. 19: Ածով In Deo, pſ. 17. 29: հրով igne, pſal. 45. 9: հոգւով In ſpiritu, cum ſpiritu, pſal. 32. 4: արծաթով Argento, pſal. 67. 31. Quod idem accidit in Pronominibus, vt իւրով Suo, pſal. 2. 5.

իմով

իմով Meo, ſeu cum meo, pſal. 3. 4, քով Tuo, ſeu cum tuo, pſal. 82. 15, & 67. 11. &c.

Horum ablatiuorum plurale fit per ſolam additionem litteræ ք in fine, terminando ſcilicet in ովք, vt նաւուովք In nauibus, ſeu cum nauibus, pſ. 106. 23; մերովք noſtris, vel cum noſtris, pſal. 42. 19. քովք Tuis, իմովք Meis, vt cum dicitur կամովք քովք in voluntatibus tuis, ſeu voluntate tua, pſ. 50. 18; ձեռօք իմովք Manibus meis, pſ 76. 2.

Aduertendum autem eſt, huiuſcemodi ablatiuos ſeruire aliquando vice nominum adiectiuorum, vt cum dicitur հաւատովք Fideles, pſal. 32. 3., &c.

De

De Concordantijs nominis cum nomine, & nominis cum verbo.

CAPVT II.

DE concordantia nominis adiectiui cum nomine ſubſtantiuo, quoad Genus, non eſt cur hoc loco diſſeramus; iam enim dictum eſt initio Libri ſecundi, Capite primo, Vnum dumtaxat reperiri Genus apud Armenios; ac proinde Adiectiua nomina æquè adaptari poſſe cuilibet nomini ſubſtãtiuo, ſiue maſculinum illud ſit, ſiue fæmininum abſque vllo prorſus diſcrimine: Quo loco dicta etiam ſunt alia multa, ad Syntaxim pertinentia.

De concordantia nominis cum nomine quoad numerum, Notãdum, coniungi ſæpè nomen ſingulare cum nomine plurali, vt cum dicitur սիրտք նոցայ ուղիղ Corda eorum rectum, ideſt, ուղիղք recta, pſ. 77. 37:

37; որպէս սիրելի են յարկք; Quàm amabile ſunt tabernacula, ideſt սիրելիք amabilia, pſ. 83. 1; անբիծ են ճանապարհք Impolluta ſunt viæ, ideſt, անբիծք impollutæ, pſ. 17. 30.

Id ipſum dicendum eſt in verbis, coniungi ſcilicet nomen ſingulare cum plurali numero verborum; exēpla ſunt, նման նոցայ եղիցին Similis illis fiant, pro, նմանք Similes, pſal. 113. 16; որ ուղիղ են, qui rectus ſunt, pro, ոյք ուղիղք են, qui recti ſunt, pſal. 7. 11; որ համբերեն զքեզ Qui expectant te, pro, որք, ſeu ոյք in plurali, pſ. 68. 8; համր եղիցին Mutum efficiantur, ideſt muta, pſal. 30. 15.

Obſeruandumque eſt hoc loco, Participialia in եալ deſinentia, de quibus dictum eſt Libro ſecundo, ſi cum verbo ſubſtantiuo եմ, ես, է, Sum, es, eſt, coniungantur, poſſe nullo diſcrimine vniri cum omnibus perſonis ipſius uerbi ſubſtantiui, tam ſingularis numeri, quàm

plu-

pluralis; dices enim exempli gratia բնա-կեալ ես Habitans es, ſeu habitas, & բնակեալ էք Habitantes eſtis, ſeu habitatis; աւրհնեալ է Benedictus eſt, աւր-հնեալ են Benedicti ſunt, & ſic de cæteris, inuariato ſemper participiali numero, variatoque ſolummodo numero ipſius verbi ſubſtantiui. Exempla ſunt, pſal. 42. 8, vbi dicitur in ſingulari յուսացեալ եմ Spero, ſeu ſperans ſum, & pſal. 5. 11, vbi legitur in plurali յուսացեալ են Confidunt: quòd idem colligitur ex pſal. 72. 1, vbi dicitur սասանե-ալ էին ոտք, commoue-] bantur pedes &c.

De Subſtitutione nominis ſubſtantiui pro adiectiuo.

CAPVT III.

SVBSTITVVNT quandoque Armenij Subſtantiua nomina pro Adiectiuis; Id quod frequentiſſimum etiam eſt apud Hebręos, prout optimè norunt ij, qui in Hebraicæ linguæ ſtudio verſantur. Exempla ſunt, յանապատէ լերանց à deſerto montium, ideſt, à deſertis montibus, pſal. 74. 6: դատաստան արդարութե ածէր Iudicia iuſtitiæ feciſti, ideſt, Iudicia iuſta, in cantico trium puerorum, u. 4. ի ծերութե պարարութե In ſenecta vbertatis, ideſt, vberi, pſ. 91. 14: քաղաք բնակութե Ciuitas habitationis, ideſt, habitata, ſeu habitabilis, pſ. 106. 4.

Quo-

Quomodo formentur nomina Priuatiua.

CAPVT IV.

DVOBVS modis conſtituuntur priuatiua nomina: primò per appoſitionem priuatiuæ particulæ ան in principio nominis, à quo deducitur; licet littera ն, mutetur interdum in litteram մ, vt cum dicitur անբիծ immaculatus, pſ. 17. 30; non verò, անբիծ: Exempla autem extant, paſſim in pſalmis, vt cũ dicitur անաւրէն Infidelis, pſal. 118, à nomine աւրէնք: անջուր inaquoſus, pſ. 62 2, à nomine, ջուր: անանուն Innominatus, ab անուն: անահ Impauidus, à nomine ահ: անբան Irrationalis, à nomine բան, & alia huiuſmodi. Sciendumque eſt, huiuſmodi priuatiua non ſolùm deduci à nominibus, verùm etiam à verbis; à verbo enim, անցնիլ exempli gratia, deducitur no-

men priuatiuum, *անանց*, Minimè tranſiens, ſeu Permanens, &c.

Fiunt ſecūdò priuatiua nomina per additionem particulæ priuatiuæ *առանց* ad nomen ſubſtantiuum; ſi enim nomini ſubſtantiuo *խառնումն* Permixtio, addas particulam *առանց*, fit *առանց խառնումն* Impermixtus, inconfuſus; cuius generis priuatiua plurima paſſim reperies legendo Armenicos codices.

Qua ratione fiant Comparatiua, & Superlatiua.

CAPVT V.

COMPARATIVA fiunt interdum addendo poſitiuis particulam *գոյն* in fine dictionis; qua ratione dicuntur *զարմանագոյն* admirabilior, *մաքրագոյն* Purior, *մեծագոյն* Maior, *հզաւրագոյն* Fortior. Quæ ratio formandi comparatiua,

paratiua, ſeruatur etiam in aduerbijs, vt cum dicitur առաջագոյն Vlteriùs, pſal. 15. 8. վաղվաղագոյն Citiùs, Io. 10., &c.

Atque horum ablatiuorum plurale fiet addita littera ք in fine, vt cum dicitur իմաստնագոյնք են քան զորդիս լուսոյ Sapientiores ſunt pluſquam filij lucis, Luc. 16.

Aliquando verò fiunt addendo poſitiuis ſolam particulam comparatiuam քան, quæ particula requirit poſt ſe accuſatiuum cum littera զ, quæ eſt nota accuſatiui, vt cum dicitur մեծ է քան զիս Magnus eſt plus quàm ego, ideſt, maior, Io. 14: լաւ քան զվարդապետ Bonus plus quàm magiſter, ideſt melior, Luc. 6: լաւ է սակաւ ինչ քան զբազում Bonum eſt modicum, plus quàm multa, ideſt, melius, pſ. 62. 4: Aliquando additur particula առաւել, vt առաւել քան զբնակականալ, ideſt, Magis quàm habitare, &c., pſ. 83. 11.

Non-

Nonnunquam etiam fiunt, addendo in principio particulam գեր, vt գերազա-րթ Ornatior, գերապայծ Splendidior, գերարոյն Sublimior, &c.

Aliquando demum fiunt addendo particulam ել initio dictionis, vt ելբաց Magis apertus, ſeu apertior: եհլեշտ Magis facilis, ſeu facilior, &c.

Superlatiua fiunt per additionem particulæ ամենայն in capite dictionis; vt cum dicitur ամենասուրբ Sanctiſſimus: ամենագութ Clementiſſimus: ամե-նայաղթ Victorioſiſſimus, &c.

De Syllabis ſeruilibus.

CAPVT VI.

EXTANT in hac lingua nonnullæ famulantes ſyllabæ, ſeu ſeruiles, quæ ſæpiſſimè dictionibus apponi conſueuerunt; eæ autem ſunt գոյն, քան, անդ, անդր, աստ, անտի, վեր, վերըստին.

գոյն, & քան Seruiunt Comparatiuis, prout dictum eſt ſuperiori capite.

անդ, անդր, աստ Additæ in ſine dictionis, addunt orationi vim quandam exprimentem magis ſtatum in loco, ſeu in re ipſa, de qua ſermo ſit; Exempla ſunt նստէաք ի անապատի անդ Sedebamus in deſerto, Exod. 15: ուսուցանէր ի նաւի անդ զժողովուրդ Docebat in naui populum, Luc. 15: ի մահ անդր նր̃ մկրտեցաք In morte ipſius baptizati ſumus, in Miſſ. Rom. 6: ի անապատի աստ In deſerto, Mat. 8., &c.

անտի

անտի, Additur ablatiuis in fine dictionis, habetque vim exprimendi magis ipſas præpoſitiones A, Ab, De; exempla ſunt, *արդարացեալ են ի մեղաց անտի* Iuſtificati ſunt à peccatis, Rom. 6: *ելին ի նաւէ անտի* Aſcenderunt de naui, Mar, 6: *իջանէին ի լեռնէ անտի* Deſcendebant de monte, Mat. 17: *յաւձից անտի սատակեցան* A ſerpentibus exterminati ſunt, prima Corin. 10: *ի ճշմարտութենէ անտի դարձուցանիցեն զլսելիս* A veritate auertent aures ad Tim. 4. *ի հացէ անտի կերիցէ* De pane edet, prima Corin, 11.

վեր, & *վերըստին*, ſunt particulæ repletiuæ, additæque in principio dictionis ſtant loco ſyllabæ Re, vt *վերբելից* Repleuit, *վերընդունին* recipiunt, prout etiam innuit Theſeus Ambroſius in ſua Introductione. Idem dicendum de particula *վերըստին*, vt cum dicitur, *վերըստին ծնեալ* Renatus, *վերըստին առնու* Reſumit, &c.

De

De Terminatione nominum Denominatiuorum.

CAPVT VII.

DENOMINATIVORVM nominũ varia eſt ratio; alia enim deſinunt in *ային*; qua ratione ab *մարդ* formatur denominatiuum *մարդկային* Humanus; ab *ա̃ծ* deducitur *աստուածային* Diuinus; ab *երկինք* fit *երկնային* Cæleſtis; ab *երկիր* fit *երկրային* Terreſtris; ab *ադամ* fit *ադամային* Adameus; ab *անասուն* fit *անասնային* Belluinus, &c.

Rurſus alia deſinunt in *որ*, vt *երկնաւոր* Cæleſtis, *երկրաւոր* Terreſtris, &c.

Alia demũ deſinunt in *կան*, vt cum dicitur *փրկական* Salutaris, *մարմնական* Corporalis, *թագաւորական* Regius, *տէրունական* Dominicus, ſeu dominicalis, *հանդիսական* Solemnis, *հրէական* Iudaicus, *հր̃շտակական* Angelicus.

De formatione nominum Partiorum, ſeu Gentilitium.

CAPVT VIII.

PATRIA, ſeu Gentilitia nomina deſinunt in *ցի*; qua ratione ab *իսրայէլ*, fit *իսրայէլացի* Iſraelita; ab *մսր*, fit *մսրեցի* Ægyptius; ab *եբեր*, fit *եբրաեյի* Hebræus; ab *իսմայէլ*, fit *իսմայէլացի* Iſmaelita; ab *Հռովմ*, fit *Հռովմայեցի* Romanus, &c.

Horum ablatiuorum plurale fit, addita littera *ք* formatiua pluralis, de qua dictum eſt Libro ſecundo.

De

De futuris Participialibus.

CAPVT IX.

NOMEN Participiale futurum deſinit in *ոց*, aſſumitque ſecum in fine verbum ſubſtantiuum *եմ*, *ես*, *է*, Sum, es, eſt; inuariatoque ſemper nomine participiali futuro, ſiue de vno tantum ſit ſermo, ſiue de pluribus, variantur ſolummodo numerus, & tempus ſubſtantiui verbi: Clarum id fiet exemplo verbi *սիրել* Amare, à quo deducitur participiale futurum *սիրելոց* Amaturus, cui addendo in fine verbum ſubſtantiuũ, *եմ*, *ես*, *է*, Sum, es, eſt, fiet *սիրեոցեմ*, *սիրելոցես*, *սիրելոցէ*, *սիրելոցեմք*, *սիրելոցէք*, &c. Amaturus ſum, amaturus es, amaturus eſt, amaturi ſumus, amaturi eſtis, &c., quòd idem ſeruandũ eſt in imperfecto, & futuro tempore, dicendo ſcilicet *սիրելոցէի* Amaturus eram, &c., & *սիրելոցիցեմ*, Amaturus

turus ero, &c. Exempla autem ſunt, գա- լոցնէ venturus eſt, pſal. 70. 19., vbi additur in penultima ն paragogicum ad ornatum: գալոցդէս Venturus es, pſal. 118. 23; quo loco in antepenultima additur ad ornatum littera ſeruilis դ, quæ ſeruit ſecundæ perſonæ, ſicuti dictum eſt Libro ſecundo: գալոցէր Venturus erat, Io. 6: որ փրկելոցիցէ, qui redempturus eſſet, &c. Luc. 24: մատնելոցէ Traditurus eſt, Matt. 26: առ- նելոցէր Facturus erat, Io. 6: որ դատել- ոցէ կենդա- նիս Qui iudicaturus eſt viuos, ad Tim. 4., &c.

De

De varijs Aduerbiorum modis.

CAPVT X.

VARIÆ ſunt aduerbiorum formæ apud Armenios; alia quippè deſinunt in *ապէս*; cuiuſmodi ſunt *առատապէս* Abundanter, affluenter, *արժանապէս* Dignè, *յայտնապէս* Manifeſtè, *ճշմարտապէս* Verè, *ուղղապէս* æquè, &c.

Alia deſinunt in *թբ*, ſicuti innui iam ſupra Capite primo, agens de Dictionibus in *ամբ* deſinenribus, vtì ſunt *արդարութբ* Iuſtè, *մարդասիրութբ* Benignè, *ճշմարտութբ* Verè, &c.

Alia terminantur in *բար*, vt *աներևութաբար* Inuiſibiliter.

Alia in *աւ*, vt *առակաւ* Parabolicè, ſeu in Parabolis, prout innuimus etiam ſupra Capite primo, cum de deſinentibus in *աւ* ageretur.

Alia in *և*, vt *արդարև* Iuſtè, &c.

Alia

Alia demum in երէն, quæ ſunt aduerbia gentis, vt եբրայերէն Hebraicè, ունա-ներէն Græcè, հայերէն Armenicè, &c.

Obſeruationes aliquot ad verba pertinentes.

CAPVT XI.

PRÆTER ea, quæ de Verbo notata iam ſunt initio Libri Tertij, dicenda remanent nōnulla ad Syntaxim verborum maximè pertinentia, quæ omnia breui compendio attingentur hoc capite.

Notandum primò. Multa verba Coniugationis tertiæ, quorum infinitiuus modus terminare deberet in իլ iuxta regulam ipſorum, terminare quandoque in infinitiuo in էլ, iuxta regulam verborum ſecundæ Coniugationis. Exempla ſunt, pſal. 91. 7; vbi dicitur ի ծաղկել Cum floruerint, &c., non vero ծաղկիլ: ի

բու-

իբուսանել cum pullularint, non verò ի բուսանել, pſ. ibidem: ի երկնչել Cum timuerint, &c., non verò ի երկնչիլ, &c.

Notandum ſecundò, poni interdum pręſens pro futuro, vt ոչ ընդունիմ ի տանէ non accipio de domo, ideſt, accipiam, pſal. 49. 9: ոչ ուտեմ ես non manduco ego, ideſt manducabo, pſ. 49. 13. Interdum ponitur futurum pro imperfecto, vt ոչ գիտէր ուստի իցէ, neſciebat vnde eſſet, Io. 2.

Notandum tertiò, Deprecatiuos modos primæ Coniugationis deſinere in ար, vt մի յամենար ne tardes, pſ. 39. 22: մի մոռանար ne obliuiſcaris, pſal. 73. 18., &c., quorum plurale deſinit in այք, vt մի յուսայք ne ſperetis, pſal. 61. 11: մի ցանկայք ne concupiſcatis, ibid. մի մերձենայք ne appropinquetis, pſ. 104. 14., & huiuſmodi alia.

Deprecatiui ſecundæ Coniugationis deſinunt in եր, vt մի խրատեր ne arguas, pſ. 37. 1: մի լռեր ne ſileas, pſ. 38. 16:

մի

մի մերժեր ne deſpicias, pſ. 42. 24: մի հաներ ne eruas, pſal. 50. 12: մի սպաներ ne occidas, pſ. 58. 12: մի մատներ ne tradas, pſ. 73. 18. &c.; quorum plurale terminatur in էք, vt մի խստացուցանէք ne obduretis, pſ. 94. 8.

Deprecatiui modi tertiæ Coniug. deſinunt in իր, vt զարթիր exurge, pſ. 58. 5; մի ողորմիր ne miſerearis, pſ. 58. 6: մի խոտորիր ne declines, pſ. 26. 9: մի համարիր ne numeres. Horũ plurale deſinũt in իք, vt զարթիք փառք Exurge gloria, pſ. 107. 2: մի դատիք ne iudicetis, Luc. 6.

Deprecatiui demum quartæ Coniugationis finiunt in ուր, vt մի ընկենուր զիս ne proijcias me, pſ. 50. 12: մի թողուր ne derelinquas, pſ. 70. 9.

Notãdum quartò, Imprecatiuos modos deſumi à futuro; exempla ſunt, ամաչեսցին և խռովեսցին Erubeſcant, & conturbentur, pſ. 6. 10: անկեայց Decidam, pſ. 7. 4: հալածեսցէ Perſequatur, pſ. 7. 5: յիշեսցէ recordetur, pſal. 19. 3:

առա-

առաքեսցէ Mittat, pſ. 19. 4: *իջցեն* Deſcendant, pſ. 30. 15: *լցուսցէ* Impleat, pſal. 19. 6.

Notandum quintò, & vltimò pro tēpore Pluſquāperfecto, fieri illud vt plurimùm vniendo participiale paſſiuū, ſeu intranſitiuū in *եալ* deſinens, cum tempore imperfecto verbi ſubſtantiui, nēpe *էի, էիր, էր* Eram, eras, erat, &c., itaut inuariato participiali, nomine, varietur ſolum perſona, & numerus verbi ſubſtantiui: exempla ſunt *ինքն անցեալ էր* Ipſa pertrāſierat; *կորուսեալ էի* Perijſsem, pſ. 129. 4: *մեծաբանեալ էր* Magna loquutus fuiſſet, pſ. 54. 10: *որ ժողովեալ էր ի տօնն*, quæ conuenerat in diem feſtum, in Miſſ: *որ կոչեցեալ նէր* Quod vocatum fuerat, &c. Luc. 2: *գիտէր զի ժողովեալ էր անդր* Sciebat quia conuenerat illò Io. 18.

Quamquam videtur, & alia forma eſſe Pluſquāperfecti, quæ colligitur ex pſ. 54. 11: vbi dicitur *համբերէի* Supportaſſem; & ibidem *թաքչէի* Abſcondiſſem, &c.

De Abbreuiaturis Armeniorum.

CAPVT XII.

Abbreu.	Valor	Significatio.
ա̅մ	ամենայն	Omnis:
ա̅ծ	աստուած	Deus.
ա̅յ	աստուծոյ	Dei, Deo.
ա̅մ	ամենայն	Omnis.
ա̅մքն	ամենեքեան	Omnes.
ա̅րհնել	աւրհնել	Benedicere.
ա̅րհն̅եալ	աւրհնեալ	Benedictus.
ա̅րհ̅թն	աւրհնութիւն	Benedictio.
ա̅ղթ	աղաւթք	Oratio.
ա̅վ	աստուածով	Per Deum.
դ̅պ	դպիր	Scriba.
դ̅ձլ	դարձեալ	Rurſus.
ե̅պս	եպիսկոպոս	Epiſcopus.
ե̅րդ	երրորդ	Tertius.
ե̅րկդ	երկրորդ	Secundus.
ե̅մ	երուսաղեմ	Ieruſalem.

եմն

երմ	երուսաղեմէ	Ab Ieruſalem.
ընդ	ընդ	Cum.
թբ	թեամբ	Deſinētiæ manātes à nominib. finientib. in թիւն.
թի	թիւն	
թե	թեան	
թեց	թեանց	
թւն	թուին	Computus.
իել	իսրայէլ	Iſrael.
իղի	իսրայէղի	Iſraelis, ꝑli.
իռնե	ի տեառնէ	à Domino.
ծնդ	ծննդեան	Natiuitatis.
հրշտկց	հրեշտակաց	Angelorum.
հց	հայոց	Armeniorum.
Ճշկմ	Ճաշակումն	Eſus.
յայ	յաստուծոյ	à Deo.
յի	յիսուսի	Ieſu.
յս	յիսուս	Ieſus.
յեմ	յերուսաղեմ	In Ieruſalem.
նր	նորա	Eius.
նս	նոսա	Eos.
նց	նոցա	Eorum, eis.
նք	նոքա	Illi, ij.
ոպ	որպէս	Sicut, tāquam.

չրդ	չորրորդ	Quartus.
պտերզմ	պատերազմ	Pugna, præliũ.
պտերզմել	պատերազմել	Pugnare.
պտգմ	պատգամ	Præceptum.
պխն	պատասխան	Reſponſum.
սկք	սարկաւագք	Diaconus, clericus.
ստյի	սատանայի	Sathanæ.
սք	սուրբ	Sanctus.
սքոյ	սրբոյ	Sancti, Sancto.
սքոց	սրբոց	Sanctorum, Sanctis.
սղս	սաղմոս	Pſalmus.
վն	վասն	Pro, propter.
վր	վերայ	Super.
տն	տեառն	Domini, Domino.
տր	տէր	Dominus.
տք	տէր մք	Per Dominum.
քի	քրիստոսի	Chriſti, Chriſto.
քս	քրիստոս	Chriſtus.
քհ, ſeu քհն	քահանայ	Sacerdos.

Præter hæc vide alia nonnulla, quæ obſeruata iam fuere Libro primo in fine Capitis tertij fol. 11.

Exer-

Exercitamenta Linguæ.

CAPVT XIIII; et Vltimum.

VT magis conſtet omnibus, & innoteſcat veritas Grammaticalium præceptorum, quæ de Litteris, Nomine, Verbo, & Syntaxi Armeniorum edita à me fuerunt hoc Libro, operepretium nunc eſt, vt ad praxim ea reducantur aliqua ratione. Id ipſum autem fieri commodiùs haud poteſt, quàm ſi inſtituatur hoc vltimo loco peculiare aliquod Caput, in quo proponantur Exercitamenta Linguæ. In elucidandis ſiquidem ijs, quæ ad exercendum huius linguæ ſtudioſum mox ſubijcientur, referentur ſingula ad ſuas regulas, ex quarum accurata, & diligenti obſeruatione nullus relinquetur dubitandi locus, quin ritè Grammaticalia hæc præcepta fuerint præſcripta, certaque, & inuariabili lege ſancita.

Oratio Dominicalis.

Հայր մեր որ յերկինս ես: սուրբ
Pater noſter, qui in Cœlis es: sãctum
եղիցի անուն քո: եկեսցէ ար-
ſit nomen tuum: adueniat re-
քայութիւն քո: եղիցին կամք քո
gnum tuum: Fiat voluntas tua
որպէս յերկինս և յերկրի: զհաց
ſicut in Cœlis & in terra: Panem
մեր հանապազորդ տուր մեզ
noſtrum perennem da nobis
յայսմաւր: թող մեզ զպարտիս մեր
hodie : dimitte nobis debita noſtra,
որպէս և մեք թողումք մերոց
ſicut & nos dimittimus noſtris
պարտապանաց: և մի տար զմեզ
debitoribus : Et ne des nos
ի փորձութիւն: այլ փրկեա ի չարէ
in tentationem : ſed libera à malo
ամէն.
Amen.

Հայր

Հայր Pater: nomen eſt heteroclitum, ex eo genere nominum, quæ deſinunt in genitiuo ſingulari in աւր, de quibus fol. 88.

Մեր Noſter: Pronomen poſſeſſiuum commune pluribus primis perſonis, de quo fol. 117.

որ Qui: nominat. ſingul. pronominis relatiui, de quo fol. 136.

յերկինս In Cœlis: յ Semiuocalis eſt littera, quæ ſtat loco præpoſitionis, In; ſeruitque ablatiuo, ſicuti dictum eſt fol. 25. երկինս ablatiuus eſt nominis երկինք, quod eſt ex eo genere nominum, quæ vſu veniunt tãtùm in plurali, de quibus actum eſt fol. 53: dicitur autem երկինս, non verò երկինք, quia littera ք, quæ format nominatiuū pluralē, mutatur in accuſatiuis, & ablatiuis plur. in litteram ս, ſicuti obſeruatum eſt fol. 28., & 29.; præſertim verò ſi habeat adiunctas in capite ſeruiles litteras յ, vel ի ſeruientes loco præpoſitionum In, prout dictū eſt fol. 51.

Ես

դես Es : dictio compoſita ex littera affixa դ, quæ vim habet repręſentādi pronomen ſecundæ perſonæ ſingularis, affigiturque interdum in principio verbi, ſicuti habetur fol. 30., & ex ſecunda perſona ſingulari Præſentis verbi ſubſtantiui, quod deſcribitur fol. 185.

սուրբ եղիցի Sanctum erit, vel ſit, ſeu ſanctificetur : vſurpant enim ſæpiſſimè futurum pro imperatiuo : սուրբ nomen eſt adiectiuum, quod inuariabili lege deſeruit tàm maſculino, quàm fæminino generi, ſicut notatum eſt fol. 42: եղիցի Erit, vel ſit tertia: perſona ſing. futuri, verbi եղանիլ, de quo fol. 247.

անուն Nomen : nominatiuus ſing. ex eo genere nominum, quæ deſinunt in genitiuo in ան, de quo fol. 68.

քո Tuum: nominatiuus ſing. pronominis poſſeſſiui ſecundæ perſonæ, cuius inflexio extat fol. 111.

եկեսցէ Adueniet, ſeu adueniat : tertia perſona ſing. futuri verbi գալ, quod de-

ſcribitur

ſcribitur fol. 180., & ſeq.

արքայութիւն քո Regnum tuum: *արքայութի* eſt nominatiuus ſingularis primæ ſpeciei, Declinationis primæ, ex eo nempe genere nominum, quæ deſinunt in genitiuo in *թեան*, de quibus fol. 69: *քո* Tuum: pronomen poſſeſſiuum ſecundæ perſonæ, de quo mox dictum eſt.

եղիցին Fiat, ſeu potius ad litteram fiant, tertia perſona plur. futuri verbi *եղանիլ*, cuius coniugatio extat fol. 249.

կամք քո Voluntas tua, ſeu ad litteram Voluntates tuę, nominatiuus pluralis ex eo genere nominum, quæ vſurpantur in plur. tantùm, vt dicitur fol. 53, *քո* Tua, ſeu tuę: nominatiuus ſing. pronominis poſſeſſiui ſecundæ perſonæ, qui etiam deſeruit pronominatiuo plur., vtpatet ex dictis fol. 113.

որպէս Sicut: particula ſimilitudinis.

յերկինս In Cœlis; id iam explicatū eſt.

և Et: particula copulatiua.

յերկրի In terra: *յ* ſeruit loco prępoſitionis In, vt mox dictū eſt: *երկրի* Terra:

Abla-

Ablatiuus nominis երկիր, cuius genit. eſt երկրի; quod eſt ex eo genere nominũ, quę vſu veniunt tantùm in ſingulari, de quibus fol. 53, ſequiturque ſecundam declinationem: dicitur autem երկրի, non verò երկիրի, quia in obliquis eorum nominum, quæ in իր deſinunt in recto, contingit ſępiſſimè eliſio vocalis ի, prout obſeruatum eſt fol. 57., vbi agitur de eliſione vocalium.

զհաց Panem: accuſatiuus ſing. nominis հաց: littera autem զ, quæ eſt in capite dictionis, eſt nota accuſatiui, ſeruitque articuli loco, prout fuſiùs dictum eſt fol. 25., & fol. 45.

մեր Noſtrum accuſatiuus ſing. pronominis poſſeſſiui communis pluribus ſecundis perſonis, de quo fol. 117.

հանապազորդ Perennem, continuum.

տուր Da, tribue: Imperat. ſing. verbi տալ, quod eſt ex Anomalis primæ Coniugationis, cuius forma deſcribitur fol. 176.

մեզ Nobis: Datiuus pluralis pronominis primitiui primæ perſonæ, à nominatiuo ſing. ես, de quo fol. 96., & ſequen.

յայս աւուր In hoc die, ſeu hodie: dictio cõpoſita ex littera ſeruili յ, & pronomine demonſtratiuo այս, de quo fol. 129., & nomine Heteroclito աւր, qnod deſcribitur fol. 92.

թող Dimitte: Imperat. ſingul. verbi թողնուլ, vel թողուլ, quod eſt mixtæ Coniugationis, ſequiturque modò tertiam Coniugationem, modò quartam, ſicuti colligitur ex dictis fol. 238., & 259.

մեզ Nobis: de hoc datiuo dictum eſt ſupra.

զպարտս Debita: զ, eſt nota accuſatiui, vt dictum iam eſt: պարտս accuſatiuus plur. deſumptus à nominatiuo plurali պարտք, mutaturque ք in ս, iuxta regulam datam fol. 28., & 29.

մեր Noſtra: accuſatiuus ſingularis, qui etiam ſeruit pro plurali, vt dictum eſt fol. 117., & 118.

մեք Nos: nominatiuus pluralis pronominis primitiui primæ perſonæ, quod deſcribitur fol. 96.

թողումք Dimittimus: prima perſona pluralis præſentis verbi *թողուլ*, quod eſt quartæ Coniugationis, ex eo genere verborum, quæ ſunt mixtæ Coniugationis, aſſumuntque initio tertiæ perſonæ ſingularis præteriti vocalem *ե*, de quibus fol. 257.

մերոց Noſtris: Datiuus pluralis pronominis *մեր*, cuius declinatio extat fol. 117.

պարտապանաց Debitoribus: Datiuus plur. nominis *պարտապան*, quod eſt ex nominibus primæ ſpeciei, declinationis ſecundæ, de quibus fol. 74.

մի տար Ne des: *մի* eſt particula prohibitiua: *տար* eſt forma imperatiui verbi *տալ*, quæ forma reperitur vt plurimum, cõiuncta cùm particula negatiua *մի*, prout obſeruatum eſt fol. 179.

զմեզ Nos: accuſatiuus pluralis pronominis, *ես*, de quo fol. 96., & 99.

ի

ի փորձութիւն In tentationē : ի, eſt prę-poſitio valens, in : փորձութիւն, eſt nomen ſubſtantiuum ex ęo genere nominum, quę deſinunt in nominatiuo in ութիւն, de quibus fol. 69.

այլ Verùm, ſed:

փրկեա Libera : imperatiuus ſingularis verbi փրկել, quod eſt primæ ſpeciei, Cō-iugationis ſecundæ, prout colligi poteſt ex exemplari huius ſpeciei, fol. 188.

ի չարէ à malo: ի præpoſitio ſeruiens loco præpoſitionis Latinorum, à, ab, de : չարէ eſt ablatiuus nominis չար Malus, ſeu ſubſtātiuè malum, quod nomen eſt ſecundæ ſpeciei, Declinationis tertiæ: dicitur autem in ablatiuo ի չարէ, quia ablatiui ſing. quorumcunque nominum quando habent præuiam vocalem ի, vel յ ſignificantem A, vel Ab, vel De, deſinunt vt plurimum in է; prout obſeruatum eſt fol. 52.

Pſalmus primus.

Երանեալ է այր որ ոչ գնաց ի
Beatus eſt vir qui non ambulauit in
խորհուրդս ամպարշտաց: ի Ճանա-
conſilijs impiorum : in vi-
պարհի մեղաւորաց նա ոչ եկաց:
a peccatorum ille non ſtetit:
և յաթոռս ժանտից նա ոչ նս-
& in cathedra prauorum ille non ſe-
տաւ.
dit .
այլ յօրէնսն Տեառն են կամք
ſed in lege Domini ſunt voluntates
նորա: և յօրէնս նր̃ խորհեսցի
eius : & in lege eius meditabitur
նա ի տուէ և ի գիշերի: և եղի-
ille in die & in nocte : & e-
ցի նա որպէս ծառ որ տնկեալ
rit ille tanquam arbor quæ plantata
է ի գնացս ջուրց .
eſt ſecus decurſus aquarum.

որ

որ զպտուղ իւր ի ժամու տացէ:
Quæ fructum ſuum in tempore dabit :
եւ տերեւ նր̄ մի թափեսցի, եւ
& folium eius non ſpargetur , &
զամենայն զորինչ արասցէ յաջող-
omne quod faciet proſpe-
եսցի նմայ .
rabitur ei .
ոչ այսպէս են ամբարիշտք եւ
non hoc modo ſunt impij &
ոչ այն պէս : այլ որպէս հողմ
non illo modo : ſed ſicut vētus
զփոշի , զի հոսէ ի վերայ
puluerem, quoniam ſpargit deſuper
երեսաց երկրի.
facies terræ .
վասն այսորիկ ոչ յարիցեն ամ-
Propter hoc non ſurgent im-
բարիշտք ի դատաստան : եւ ոչ
pij in iudicio : neque
մեղաւորք ի խորհուրդս արդարոց .
peccatores in conſilio iuſtorum .

քանզի

քանզի ճանաչէ տէր զճանա-
Quoniam cognoſcit Dominus vi-
պարհս արդարոց : ճանապարհք
as iuſtorum : viæ
ամբարշտաց կորիցեն .
impiorum peribunt .

Երանեալ է Beatus eſt: *Երանեալ* Par-ticipiale intranſitiuum, de quo fol. 139: *է*, eſt: tertia perſona ſingularis verbi ſubſtantiui.

գնաց Ambulauit: tertia perſona ſingularis præteriti, verbi *գնալ*, quod eſt ex verbis primæ ſpeciei, Coniugationis primæ, de quibus fol. 155.

ի խորհուրդս In conſilio: *ի*, præpoſitio ſignificans, in: *խորհուրդս*, Ablatiuus ſingularis nominis *խորհուրդ*: additurque in fine littera affixa *ս*, ad ornatum, ſeu ad eum finem, qui exponitur fol. 27 & ſeq.

ամբարշտաց Impiorum: Genitiuus pluralis nominis *ամբարիշտ*, quod eſt ex nominibus primæ ſpeciei, Declinatio-nis

nis ſecundæ, de quibus fol. 74: dicitur autem ամբարշտաց, non verò ամբարիշտաց, quia vocalis ի, quæ eſt in recto eliditur in obliquis, prout dictum eſt ſæpius, obſeruaturque fol. 56., & ſeq.

ի ճանապարհի In via, ի eſt præpoſitio: ճանապարհի, eſt ablatiuus nominis ճանապարհ, quod eſt primæ ſpeciei, declinationis ſecundæ.

մեղաւորաց Peccatorum: Genit. plur. nominis մեղաւոր, quod eſt dictæ ſpeciei, & declinationis.

եկաց Stetit: tertia perſona ſing. præt. verbi կալ, quod eſt de numero verborum, anomalorum primæ Coniug., eorum ſcilicet, quæ in capite tertiæ perſonæ ſingul. præteriti aſſumunt vocalem ե, de quibus fol. 166., & ſeq.

յաթոռս In cathedra: collige ex dictis ſupra in dictione ի խորհուրդս.

ժանտից Prauorũ: genit. plur. nominis ժանտ, quod eſt ſecũdę ſpeciei, declin. 2.[æ]

նստաւ Sedit: tertia perſona ſingularis

præteriti, verbi նստիլ, quod eſt ex verbis ſecundæ ſpeciei, Coniugat. tertiæ, quod quidem verbum deſcribitur fol. 222.

տեառն Domini, prout notatum eſt in Abbreuiaturis: eſtque genitiuus ſingularis nominis anomali տէր, de quo fol. 89.

են Sunt: tertia perſona pluralis verbi ſubſtantiui; prout fol. 185.

յ աւրէնս In lege: յ ſtat loco præpoſitionis, In: աւրէնս, eſt ablatiuus nominis ա̊րէնք lex, quod eſt ex eo genere nominum, quæ vſu veniunt tantùm in plur. de quibus fol. 53.

կամք Voluntates, ſeu voluntas: nomen, quod vſu venit tantum in plur.

նորա Eius: genitiuus ſing. pronominis նայ, de quo fol. 103., & ſeq.

խորհեսցի Meditabitur: tertia perſona ſingul. fut. à verbo խորհեիլ, quod eſt tertiæ ſpeciei, Coniugationis tertiæ; de qua verborum ſpecie agitur fol. 226., & ſeq.

ի տուէ In die: ի eſt præpoſitio, տուէ

eſt

eſt ablatiuus nominis *տփու* ; mutaturque vocalis *ի*, quæ eſt in recto, in vocalem *ո* affectam ſemiuocali *ւ*, iuxta ea, quæ dicta ſunt fol. 61.

գիշերի Nocte ablatiuus nominis *գիշեր*.

եղիցի Erit : tertia perſona ſingularis futuri verbi anomali *եղնիլ*, quod deſcribitur fol. 247.

տնկեալ է Plantata eſt : *տնկեալ*, Participiale paſſiuum eſt, à verbo *տնկել*; de quibus participialibus dictum eſt fol. 139., & ſeq.

ի գնացս Secùs decurſus : *ի* præpoſitio valens Iuxta, ſecùs, In, ab : *գնացս* Ablatiuus pluralis à nominatiuo *գնացք*; quod nomen eſt ex eo genere nominum, quæ vſu veniunt in plurali tantum; Mutatur autem littera *ք*, quæ vltima recti in litteram *ս*, iuxta regulam datam fol. 50., & ſeq.

ջուրց Aquarum : genitiuus pluralis à nomine *ջուր*, quod eſt primæ ſpeciei declinationis tertiæ, de quo nomine obſer-

uantur aliqua fo. 83.

որ Quæ: pronomen relatiuum, de quo in Pronominibus.

զպտուղ Fructum: *զ* eſt nota accuſatiui, ſeu articulus ipſius, vt dicitur fol. 45. *պտուղ* Accuſatiuus nominis *պտուղ*.

իւր Suum: pronomen poſſeſſiuum tertiæ perſonæ, de quo fol. 114.

ի ժամու In tempore: *ի*, Prępoſitio ſignificans, In: *ժամու*, Ablatiuus nominis *ժամ*, quod reducitur ad tertiam declinationem, prout obſeruatur fol. 85.

տացէ Dabit: tertia ſingularis futuri verbi anomali *տալ*, cuius coniugatio habetur fol. 176., & ſeq.

մի թափեսցի Non ſpargetur: *մի*, particula negatiua: *թափեսցի* ſpargetur, verſabitur: tertia ſing. fut. verbi paſſiui *թափիլ*, quod manat ab actiuo *թափել*, cuius generis paſſiua ſequuntur inflexionem verborum tertiæ ſpeciei, declinationis tertiæ, prout obſeruatum eſt fol. 228.

զամենայն զոր ինչ Omne quod, quicquid,

quid; reſpondetque ad verbum noſtro Italico ſermoni (tutto quello che): *զամենայն* Accuſatiuus nominis collectiui *ամենայն*, litteraque *զ*, ſtat loco articuli, prout ſæpius dictum eſt: *զորինչ* accuſatiuus pronominis relatiui *որ*, habetque adiunctum nomen *ինչ*.

արասցէ Faciet: tertia perſona ſingul. fut. verbi anomali *Եհել*, de quo fol. 209.

յաջողեսցի Proſperabitur: tertia perſona ſingularis futuri verbi paſſiui *յաջողիլ*, quod formatur ab actiuo *յաջողել*, ea ratione, qua dictum eſt ſupra, fol. nempe 228.

նմայ Ei: datiuus pronominis primitiui tertiæ perſonæ, quod deſcribitur fol. 103., & ſeq.

ոչ Non: particula negatiua.

այսպէս Hoc modo, ſeu aduerbialiter, ſic: eſt enim dictio compoſita ex pronomine *այս*, & nomine *պէս*: idem dicendum de particula ſequenti *այնպէս*.

են Sunt: id explicatum eſt ſupra.

ամբա-

ամբամիշտոք Impij: plurale nominis ամբարիշտ, à quo formatur, addita in ſine littera ք, iuxta dicta fol. 53., & ſeq.

այլ Sed: particula aduerſatiua, quæ etiā aliquando eſt nomen ſignificans, Alius, a, ud.

որպէս Sicut, tanquam: particula ſimilitudinis, compoſita ex nomine relatiuo, որ, & nomine պէս, ac ſi dicatur, qua ratione, quo modo.

հողմ Ventus: nomen primæ ſpeciei, Declinationis tertiæ, cuius genitiuus eſt հողմոյ, de quo genere nominum extat exemplar fol. 80.

զփոշի Puluerem, cinerem: vbi littera զ, quæ eſt in capite dictionis, eſt nota accuſatiui.

հոսէ Spargit, in varias partes diſpergit: tertia præſentis verbi հոսել, quod eſt primæ ſpeciei, Coniugationis ſecundæ.

ի վերայ Super: Præpoſitio poſtulans genitiuum, ſicut patet ex ſequentibus.

երեսաց Faciebus: Genitiuus pluralis nomi-

nominis *երես*, quod eſt ſecundæ declinationis.

Երկրի Terræ : genitiuus ſingularis, nominis *Երկիր* : eliditurque in obliquo vocalis *ի*, quæ eſt in recto, iuxta regulam dictam fol. 57.

Վասն այսորիկ Propter hoc : dictio compoſita ex particula *վասն* Pro, & *այսորիկ* voce, quæ vox eſt genitiuus ſingularis pronominis *այս*, vt conſtat ex eius inflexione fol. 129: ex quo etiam collige, particulam, *վասն*, poſtulare genitiuum.

յարիցեն Surgent : tertia pluralis futuri verbi *յարիլ*, quod eſt primæ ſpeciei, Coniugationis tertiæ, ſequiturque fermè inflexionem exemplaris allati fol. 219: cuius etiam ordinis eſt vox, *կորիցեն* peribunt, quæ eſt in fine verſiculi ſequentis: Cætera ſatis clara ſunt ex iam dictis.

FINIS.

РНБ ОНЛ
Н Арм.
2 - 8042